

frenorū impatiens, cum ab rege Danorū, quod militares quōsdā Holsatię ad sua cōfinia oppressissent, sibi timerēt: misere triginta uiros Lubicā, qui foederata sancirēt in decē annos cū ciuib⁹, & cōmunitate. Placide excepti sunt, & hospitaliter habitū: respōsumq; reportauere pro eo tempore, quo & illi cōquieuerē, & ciuitas non grauate ferret: Et (ut incidētia tēpori cōtingamus) Hic est ille annus. LXVIII. quo Karolus dux Burgūdię in Leodiēses mouit, adiutore fret⁹ rege Frācię, & incredibile stragē fecit in acie miserabilius uero seuiuit in capta urbe: multa millia dorso colligata, merfit in profluentē: pro eo, quod episcopū suum, de Burbon ducem, consobrinum Karoli, dominum suum, indigne habuissent.

Karolus in  
Leodienses.

## FINIT LIBER XII.

## INCIPIT LIBER XIII.

Idit hoc tempore per mediā brumā Roma peregrinum quē non expectabat: qui deuotionis gratia urbē inuiseret, exoluturus uota, quibus teneretur. Fridericus Romanorū Impator is erat: qui paruo comitatu ingressus Italiā, cōtēdit ad urbē: nemini formidabilis, paucis etiā, credo, uenerabilis. Excepit illū Paulus pōtifex perbenigne, multa gratificās, nec min⁹ multa cum illo cōferēs

Imp. Fredericus  
Romā.

u

Paulus. II.  
excepit eū.

de reipublicę Christianę, cuius erāt illi gemini præsides, salute: peregrinū Romipetā pro suo tumore Itali trāsire sinebāt: si non irridebāt. Meminisse poterāt ex annalib⁹, non ita cōsueisse ex Germania Romanorū Impatores descēdere: sed cum magnis armatorū copijs, ut dignitatē Romani Imperij tuerent: cogerētq; cōtumaces Italos impata facere. Viuere tum cernebāt Fridericū, quod antea difficulter credidere: qui nulla insigni edita opera, se uiuere declararet. Solebāt enim per cōtemptū ex Germanis Itali requirere, uiuere ne, an mortuus esset Impator, quē nullis suis iniurijs, nullis reipublicę Christianę detrimētis, cōmouētē se audissent: Sed effecit matura principis prudētia, ut omnia certo cōsilio, in suū diē reposita crederent: Ea tñ euanuit expectatio. Promulgari tum iussit Paulus pōtifex plenarias indulgentias, in subsidiū aduersus perfidos Bohemos. Peruenere nūcij Lubicā: Cōstituta est, quę fideiū in ecclesia caperet, & seruaret elemosynas, cistella: sed erāt qui noctib⁹ piscarent, bituminatis uirgulis, ut parū, aut nihil eo in loco permaneret. Rex tñ Vngarię Matthias acri studio psequit hostes ecclie: magnā regni partē Slesia, suę faciēs ditiōis: Crediderim urbes cū militia sua parū reluctatas, maluisse subesse Vngaro Christiano, quā heretico Bohemo. Interiora tñ regni ab illo intacta pmāsere. II.

Fridericus  
prudens.

Rex Vngarię  
in hostes  
ecclesię.

Bellum in  
duces Pomeranię.

Raxit etiā tum Fridericus marchio bellū in duces Pomeranię: magnisq; copijs obsidere cōstituit arcem Vker mūde, ubi riuus Vker influit Oderā, quo ciuib⁹ Stetinē sib⁹ aditū maris intercluderet: faciliusq; capta arce, per illā edomaret urbē. Prospexere reb⁹ duces memorati, ualidū præsidiū militū ei imponētes arci: sed a fame piculū fuit. Igit cur⁹ per oportunitatē emisere. LX. qui uictualib⁹ importatis, arcem cōsolarent: deq; fame, pxime formidata, redimerēt. Intercepti sunt illi ab



hostib<sup>9</sup>: cęsis, aut captis, qui p̄sidio essent euectionib<sup>9</sup>: nā & Magnopolēsis dux in eam expeditionē renouatā, suas q̄q; copias eduxerat: quas ex omni militia, eq; urbib<sup>9</sup> suę cōtraxerat ditionis. Varie oppugnatio est incētata. Inerat arci bōbardarū magister, habitu religiosus: de quo mira ferebant, q̄ cert<sup>9</sup> esset ferire, quicquid peteret. Hoc cōpertū est, magno sepe dāno illū affecisse obsidētes. Sed bello in longū tracto, rex Polonię misit oratores, qui rē omnē interciperēt: pollicitos regis sui nomine, omnē operam reb<sup>9</sup> ex utriusq; partis equitate dare finē. In eas condiciones tum Frideric<sup>9</sup> marchio copias reduxit: Sed ille tum fuit rerę cursus, ut idē marchio princeps illustris, infirmitatē incideret: quę etiā illū nō diu post cōsumpsit. Ferebāt hostes melācholia uexatū, q̄ bello nō p̄sperę res cessissent ad extrema puenisse: ut cūq; fuerit, ille fato suo funct<sup>9</sup> est. Albert<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> frater, & ditione, & honore electurę successit fratri: q̄ Frideric<sup>9</sup> filiū nullū reliq̄isset. Ille uero, q̄d suo loco dicem<sup>9</sup>, in ducatū memoratū arma, ptulit: sed permā sit ducat<sup>9</sup> in manib<sup>9</sup> heredū: peruenitq; ad Erici filiū Bugslāū: qui tenet in hodiernum.

Religiosus  
bōbardarę  
magister.

Fridericus  
marchio obi  
it.

## CA. III.

Vbicęses tum se interposuere cōtrouerſię quę erat inter regē Danię Christiernū, & p̄ceres regni Suecię: egerūtq; literis, ut qm̄ in regnis fieri propter odia partiū nō potuit, ambę partes eligerent Lubicā cōuenire, & tractat<sup>9</sup> super omniū differētia, quę erat intermedios inire. Ad cōstitutū terminū uenit prior rex ipse cū aliq̄t episcopis, & Gerardo fratre: & lōganimiter, per dies octo p̄stolat<sup>9</sup>, cum non cōparerēt Sueci, parauit abire. Medio tēpore egerūt Lubicęses apud regē de multis incōmodis ac damnis, quę in mari mercatorib<sup>9</sup> suis per satellites regis irrogata dicerent: & cū esset humanissim<sup>9</sup> ille princeps, passus est superari rationalib<sup>9</sup> querimonijs, cessitq; ut in cōpensationē daret aliq̄t millia dānificatis: Sed nō erat aurū q̄d exprōptū numeraret: Cōuenit, ut Lubicęses aliq̄t millia p̄soluerēt de publico, militari, qui tum arcē Kyl cū opido tene ret: reliquā summā quā essent accēpturi, ciues paterēt in eo pignore, q̄ad luere, permanere. Ita factū est, ut ciues accēpto in ditionē suā opido memorato cū arce, sacramēta susciperēt ab inhabitātib<sup>9</sup>, p̄sente rege, opidanis, ut illis parerēt, donec pign<sup>9</sup> luere: & mercatores certā spem habuere, illo exitu sua recipere. Cū aut rex iā accinct<sup>9</sup> esset ad abeūdū, uenere Suecię proceres, morā suā purgātes, de aduersantib<sup>9</sup>, aut nō auxiliātib<sup>9</sup> uētis. Intētata fuit cōpositio, ut recōciliēt: Sed cū iam haberēt Sueci regē suū quē delegissent, nec ab eo ut discederēt, omnino flecti poterāt, abiere inuicē sine fine. Quo tēpore fratres minores de obseruātia, in opido Todeſlo erexere tuguria, ut in reliquū ex paruis initijs, ad maiora puenirēt: sed rex nō interpellat<sup>9</sup> ea de re, nō patit<sup>9</sup> in opido: p̄misit aut in mōte ad opidi uicina: Sed neq; hoc satis p̄cessit: intētauere nō lōge ab Hāburgo iacere fundamenta: sed id fratres in urbe cōcitatatis amicis, auerterūt: ita ministerium Christo in sacra religione debitū, impeditur: immo ipse Christ<sup>9</sup> in his qui propter se pauperes sunt, cōtēnit: pretēsa q̄licūq; honestatis specie. III.

Lubicenses  
medij inter  
regē Danorę  
& Suecos.

Rex Christi  
ernus huma  
nissimus.

Sueci a suo  
rege flecti  
nō poterāt.

Enerāt anno, pximo, qui fuit. LXX. duo comites de Hēneberg  
u. Lubicā: quorę alter iā ex aliq̄t annis fuit, & est archiepūs Mogū

Duo comi  
tes Lubicā.



Actū super  
donatiōe p  
pter nuptias

Regina Da  
nię remouet  
questionem.

Gerhardus  
asseruatur p  
capto.

Sagax respō  
sio facta ua  
fro.

Papa hortat  
ur principes  
ad bellū in  
Turcos.

Campanus  
orauit Ratis  
ponā.

tinus: tum literas Imperiales pretulerunt ad causam propinque sue domi  
næ Dorotheæ, Adolphi quondam ducis relicte, super donatione propter nup  
tias, que illi constituta fuit in opido & arce Redesborg: Sed cum Gerhar  
dus comes de Aldēburgo, regis Christierni germanus frater, per ea tempora  
reb<sup>9</sup> in Holsatia preesset, non respondebat iuribus eiusdem domine: In qua causam  
ad liquidum terminandam, memorati comites in Lubicam euocauere Gerhardum  
antedictum, ad eum euocatum, sed literis Imperialibus tardiores aures uidebat ha  
bere. Regina autem Danię cum non pateretur nobilem dominam, de rege bene meritam  
queri diutius, conuentione facta, accepit dotalia memorata: & expromisit de  
suo, MMCC. aureos, pro retardatis: constituitque se soluturam annuos octin  
getos. Ita conuentione pacta, redierunt in sua comites. Dictum mirum est quod  
tunc modis per Holsatiam Gerhardus regis frater egerit, ut fratrem ditione ex  
cluderet: Igitur ei rei fundamenta apud Phrisios, & palustres Willstrig, in quibus  
robur, & uim esse cognouisset: uniuersam ubique plebem rusticam sibi con  
ciliabat: militares sibi aduersantes, contempsit: Sed tum euocatus a fratre in Ze  
geberg, aliquod tempus captus asseruatus, ibi permansit: actumque est cum illo, ut dimissa  
provincia, partim rediret in suum comitatum. Phrisones autem, qui se Gerhar  
do constrinxere, renouatis regi sacramentis, in gratiam rediere. Euocauit idem Ger  
hardus comes postea Lubicensium, & Haburgensium consulares nuncios, ut cum eo  
Bremam in colloquium uenire non grauarent: esse rem tanti, ut eius magnitudine faci  
le tanti labor itineris copescerent. Non recusauere occurrere uocati, Bremam  
adeuntes: quo cum peruenissent, causatus non tam se Bremensibus tum fidere, ut moe  
nia eorum subiret: quam tantum itineris superassent, non grauarent ire ad designatum  
extra moenia locum, inuisereque occurrerent. Non bene certi fuere nuncios illi, quod  
sibi uellet loci in literis designati commutatio: ne tamen suspitione sinistra fide  
nobilis uiri contaminaret, praterderat se a maioribus, ut temporis, ita loci presertim  
habere mandatum: Si dignetur inuisere locum a se in literis constitutum, illos  
expectaturos: si minus, redituros breui in sua. Ita nullo factio conuentione, tantum  
itineris inuanum permessi, in sua redierunt. Non deerat qui subesse aliquid  
suspicaretur ex Gerhardianis machinationibus. CA. V.

Aulus interim Summus pontifex non destitit agere omnia ad rem Chris  
tianam, que tum a Turcis laboraret, fulcienda: Instituit, & ipse obi  
uit, in urbe solenes stationes, & precarias, ut deo offensus hominum  
sceleribus, placaret: Communitum crebris per literas Impatorum, ad hoc conuisionem  
est perducere, ut principibus regni in coetum euocatis, Turco bellum indiceret.  
LXXI. anno in Ratisponam, ubi tunc conuentione agebat Imperator, misit cardinalem Se  
nensem, Franciscum de Piccolominibus, Imperatoris pontificis nepotem, qui diu literis in  
Vienna indulgens, linguam calleret Germanorum: quod cum principibus ipse etiam sua  
uoce ageret in eo conuentione. Duxit ille in comitatu Iohannem antonium, Campanum  
episcopum: cuius in eo conuentione habita extat oratio: plena laudibus Germanorum, ple  
na antiquitatibus, unde acceptis, incertum: Sed idem fuit exitus in eo conuentione, qui  
inter Germanos solet. Audire principes Summi pontificis sanctum proposi  
tum: Audiuerunt Christianissimi multiplices ab Turcis preffuras & calamita  
tates, quoties ille hostis excursionibus millia multa de puincijs Imperatoris ab  
duxerit: Sed lethargum consopitorum nulla uis potuit excutere. Conuenere



utriusque ordinis principes, ut decima per omnes prouincias in eam rem solueretur. In qua impositione archiepiscopi Reneses, tum non satis erant uoluntarii, quod annata papa acciperet, ingenti Germaniae emunctio: ut habeant cardinales unde alant bestias suas. Itaque in eo nodo, res tum resedit: ut non ultra procederet. Quo tempore, duo perierunt principes inferioris Germaniae, etate & uirtute, & potestate, non impares, eque digni uita: Otto Luneburgensis dux, & Ulricus Stargardiae dominus, dux Magnopolensis, florescentes annis, moribus graues, robore uiri, quorum maturitas plurima tertis suis comoda uisa est polliceri. Stat sua cuiusque dies. Sed Otto in eo foelicior quod filium relinqueret paruulum, hodie patri succedente: Ulricus autem masculam prolem non habuit, sed geminas filias, quarum altera monialis consecratur in Rene, altera nupsit Euerwino comiti de Benthem. Dux autem Magnopolensis Henricus principatum accepit, ex pactis, ante dudum initis: quod militares utriusque ditionis in eum casum utriusque principi iam dudum sacramenta prestissent. Quo etiam tempore, in Bohemia, mortuo Iersico heretico, successit Wladislaus primogenitus regis Poloniae natus sorore Ladislai, nouissimi ante Iersicum regis, qui perinde autem maternum haberet Albertum Imperatorem. Sed eam rem indignissime tulit Matthias rex Ungariae, qui magnis rebus in Turcum gestis, a Pontifice, & Imperatore, spem factam gereret eius regni consequendi. Nec ab re Christianissimo principi, & fortissimo regi ea prouincia fuisset commendata: ut perfidos in regno hereticos ad iuga Christi, quod ille, uel solus, posse uidebatur coegisset. Sed tum (quod solet lesa potentia) concitauit arma Matthias in nouum regem: qui nihil magnum pro regio nomine faceret: sed omnia, uelut a pedagogo puer, filius rex, ab rege patre deposceret. Bohemia enim fiscum non habet: Cum imminet expeditio uiritim congerunt: Vix habet mensa regalis, quod minori, egre satis esset. Ita cum rege agitur, ageturque, donec uirum assequatur id regnum: in quo uiuida uirtus, aliud deposcat, cogaturque.

## CA. VI.

Ohanes Alberti filius hoc tempore, Brandenburgensem Marchiam pro patruo Friderico, in Fræconia egrotante, administrauit. Venit pater Albertus, princeps armis innutritus, & armis instituit, post fratrem uendicare ducatum Setinensem. Sed tum interuentu magnatum, arma conuiuere: Conuentusque est inter principes in eam formam, que non displiceret dissidentibus. Fama diu uoluita, ita rem esse compositam: ut duces Pomeraniae pro Stetino feudum recognoscerent de manu marchionis. Ea fama dum multos post annos penetrasset, ad regis Romanorum curiam, oratores domini Bugslai ducis, tum in regis curia uersati, male inde audiebant, quod dominus eorum, qui se principi citra regem subieciisset, regni princeps iure non censeretur. Eam rem, cum ad suum principem retulissent, motus indignitate rei, impetrauit ab rege commissarium, qui testis facte compositionis, ad perpetuam rei memoriam audiret. Is erat Lubicensis episcopus. Testes citabantur. Imprimis Magnus dux Magnopolis, multi milites, & militares euocati aderant, qui compositioni interfuissent: Repertum est nihil de feudo innouatum. Tantum hoc in forma comprehensum, ut meliora de marchionibus, & sentirent, & pro uiris

Emunctio p  
annatas.Duo princ  
pes obierunt.Wladislaus Ier  
sico succeditMatthias in  
Wladislaus.

Fama falsa

Examinati  
testes ad per  
petuam rei me  
moriam.



Carmē famosum.

Cometa terribilis.

Nouū grauiorē Luneburgi.

Vectigal grauiissimū.

Vectigal euanescit.

Nauū Lubicēsiū prefecti ignauia.

Literę super Decimis laicorum.

Nouū uectigal.

bis curarēt duces Stetinēses. Extulere improbi homines per ea tempora carmen famosum: quod in Albertū, per summū sacrilegiū esset cōpositū: Cum assimilarēt Dominicę passionis seriē, Christo clerū, & principē Pilato subscribētes. Non erat id leue crimē in cōtemptum Dominicę tragediæ, quę uertebatur in risum: nec principis ibi mediocris erat iniuria. Hic me uero, quę tum proxima fuit, ad ingredientē annū. LXXII. terribilis cometes apparuit, diu cœlū occupās: nec erant uulgaria quę portēderet. Nam sequētes anni fatis explicuere, quę ille portēdisset. Quo tēpore etiā Luneburgēses, iam in exitum prope decursis annis, qui in laudo permitti essent ad falcidiā, ostenderūt, nullo se pacto ad cōstitutum posse peruenire: nisi nouo etiam nūc remedio immorētur: prelatis uicinis maiorib⁹, iam in suam sentētiā pertractis, effecerūt: ut noua iterū fieret fructib⁹ detractio, aut in locū eius iterata redemptio: ut quę iādudum fuissent cuiusq; nouo iterū precio mercarētur. Quid facerēt tenues, ubi iam inclinatos flexosq; cernerēt maiores. Ad nutū habuere urbici, quos aut creauere prelatos, aut alijs ex causis obstructos habuerūt. Vnde factū est, ut alijs sequerētur, etiā non uolentes. Hac in re prosperati, necdū exaturati, instituere, qd̄ indultū ab Imperatore ferebāt, grauiissimū uectigal, de omnib⁹ mercib⁹, quę opidū p̄trāsirēt, quę non pauce fuere. Non repugnauere principes, q̄ aut nescirēt, aut q̄ nihil illis deperiret: sed uicinę urbes, pro suis mercatoribus, Lubica, & Hāburgum, quib⁹ grauiissimū id erat detrimentū se opposuere: nec poterāt euincere, nisi remisso sale: quod per eas urbes distraheretur. Vnde factū est, ut magno principum fauore, emercatum uectigal deperiret, euanesceretq;.

CA VII.

Lagrauerat tūc maritimū bellum, inter Anglos, & orientales urbes. Multa Anglis adēpta a nostris, multa irrogata incōmoda. Nauigabāt nostri, multo satellite in mare misso: sed & Anglici suas naues perarmabāt. Hoc igitur anno cum merces suas Lubicēses, per mare mitterēt in Flādriam: nam terrestre iter, quo nunc plurimū utuntur, tum erat impacatū, per Gerhardū de Aldenburgo comitē. Tres insignes ad pugnā instructas naues milite cōplēt: ut & securitatē suis pręberēt: & in hostes, si qua sors esset, pugnarent. Prefecti nauibus ignaui homines, dum in portibus terrā ingressi desident, naues suas liquere incustoditas. Supuenere Anglici in portū, & maiore ex tribus quā abducere non poterant incensa, duas secū captas in Angliā perduxere. Onerarię uero iādudum earū p̄sidioperuenerāt quo uolebāt. Ita prefectorū incuria, & cōtumelia, & damnificatio Lubicēlibus irrogatur. Venere per illā estatē ab Imperatore literę, ad cōcilium Lubicēse, super decima ad bellum in perfidos Turcos, ab laico populo persoluēda: Difficile fuit insolitā rem ibi primum intētare. Quiuere autē secūdam expectātes iussione. Interim explorantes, quid apud alios in ea re ageretur: Ab ecclesijs autē, quo minus tum exigerētur, obstitere archiepiscopi ad Renū: etiā appellationis obiectu parati occurrere. Hoc etiam tempore publicatū est, per ducem Magnopolensem, nouū uectigal in Greuelsen: nam hoc erat duci ab Imperatore



ad cōmeatum concessum, dum esset in cōuentu Ratisponēsi: Ita de uisceribus pauperū, & terras perambulantū mercatorū, omnia eliciūtur: & satis spontanei essent, si perinde publica itinera secura essent. Lubicenses tñ ueterū priuilegiorū obtentu, immunes trāsierūt. Nec sinit nos silētio trāsire nouitas, rem alioqui institutis nostris alienā. Erphordia urbs Turin-  
gię primaria, multa lignorū strue cōgesta, tum incensa horrendo igne pro magna parte cōflagrauit: Beatę Marię, & sancti Seueri collegiatę ecclesię, cum ponte mercatorū, uno incendio consumūtur. Vir, ut ferebatur, militaris conduxit precio perditissimos homines ad id ministriū, cum male uellet urbi: Deprehēsi nōnulli, in quibus religiosus ordinis Cistercię excruciat, exquisitis supplicijs, post degradationē excarnificatur. VIII.

Onstātinopolitani Imperatoris filia, nobilis puella, tum uenerat  
c Lubicam, ab urbe Roma, a summo pontifice, ecclesię opib⁹ dotata, desponsataq; Iohāni Muscouię principi: Deducta satis apparatu decenti, in curribus & equitib⁹: Ingeniosa, ut ferebāt, mulier: magno ut par erat, honore suscepta, & suę nobilitatis respectu, & summi pontificis honore: & q̄ speraretur mercatorib⁹ nostris in Russia futura ad omnē gratiā & beneuolētiā propēsa: sed nihil tale experti ferūtur: nec potuit fœmina illis rebus preesse. Nauigio de Lubica Reualiā deducitur: inde pedestri itinere uenit Tarbatū: ubi ab Russis excepta principi suo perducitur. Ea quoq; spes fouebat pontificē Sixtum, q̄ inclinaret maritū puella, ad suscipiendos ritus ecclesię Romanę, in quibus ea fuerat educata apud sedē apostolicā: Sed cōcessit illa nolēs, uolēsq; in ritus Russorū oriētales, in quibus & pater eius uicitabat. Qua etiam estate iam inclināte circa festum natinitatis Marię, anni secundī & septuagesimi. Gerhardus comes de Aldenburgo, necdum posita spe recuperādę Holsatię, occulta iam ante cōsilia fertur habuisse cum palustribus Wilsirię, & uicinīs Holsatis, qui eum propemodū amarēt. Venit ergo a mari nauigio Husem, aduectis e ligno iam fortalitijs, aptatis, ad oppugnationē paratis: unde repētina quouis in loco munitionem poterat erigere. Arrexere aures p̄r uicina loca Phrisij, & leti ueniētem exceperē: uenit in spem, ex eo angulo, totā in potestatem facere Holsatiā. Sed rex Danię german⁹ eius, ubi cōperit, continuo aduolauit: & cum expeditā suorū manū non haberet, nec temp⁹ se ad bellū comparādi Gerharδο uellet permittere, loquit⁹ cum uicinīs urbibus, repētina ex illis expeditionē produxit: pollicit⁹ magna, quę post in abolitionē trāsierūt. Non defuerūt lachryme regi, querulāti perfidiā in se fratris: Per terram Lubicēses, per defluētē Albim mouere Hamburgenses: regē pene obsederūt palustres in Itzeho: Sed ubi cōuenere copię ex urbib⁹, in suas paludes retro abierūt: sequuti, qui Gerhardū expellerēt & in opido Husem pene intercepissent: sed elabit, dissimulatione, ut creditur, regis: q̄ non de sanguine, sed de possessione terrę dimiaret: & longo per deuiā circuitu, per opidū Luneburgū in sua regreditur. Tum rex in capita eius factionis iussit animaduerti, permissa uenia populo. Aufugerant ex his nōnulli, quorū sunt bona confiscata. Captos aut̄ quosdam ex

Erphordia  
cōflagrauit

Religiosus  
excarnificat

Spōsa ductur  
ad ducē  
Muscouiæ

Excipitur a  
Russis.

Comes Aldē  
burgi Holsatiæ

Resistit Danorū  
rex eius  
frater.

Urbes regi  
assistent.

Animaduertitur  
i capita



Phrisijs, & nōnullos ex palustribus Wilstrię, iussit necari. Ipse caput ma-  
lorū Henneke Wulff, in Thietmarsia, celeri peruect<sup>o</sup> equo, elabatur: ubi  
non post multos dies, dum insolētia cōsueta uteretur, celsus est ab incolis:  
Ipse Gerhardus abiit, non reditur<sup>o</sup>: rex in sua ditione Holsatię permāsit.  
Quo tempore etiā Gelria cōcutitur, ab Karolo duce Burgūdię: q̄ Adul-  
phum ducē, qui propriū patrē teneret uinculis alligatū, ab se uocatū, capti-  
ui loco teneret in Flandria, & ducatum eius interim per arma in deditio-  
nem accepit.

CA. VIII.

Gelria cōcu-  
tatur.Paul<sup>o</sup> Bene-  
kē capitane<sup>o</sup>Florētini p  
pecunia secu-  
rarunt.Rūfio per cō-  
temptum.Navalis pu-  
gna.

Capit galēa

O bello, quod adhuc inter Anglos & orientales durauit: quis  
e iam tractatus in Traiecto, super omni cōtrouersia agerētur: nul-  
lis tñ intercedētibus treugis de Prussia nauis armata mare tene-  
bat. Iam ante capta per capitaneū Gdanensiū, Paulū Beneken, ab Angli-  
cis hostibus naue, quam dixere Iohannē: cui intantū Angli, dum tenerēt,  
fisi ut omnē interdicerent nauigationē oriētālibus, una illa naue posse, duce-  
rent. Sed ea tum per capitaneū memoratū capta, utitur in hostes pro sua.  
Quidā tum Florētini Brugis agētes, quos Fināciarios, hoc est campsores  
dixere, ausi galēā suo nomine, armis dñi Karoli ducis Burgūdię insigni-  
tam, signis eius per aera uolantibus in mare mittere: inq̄ ea, cum proprijs  
mercibus, iungere merces Anglicorū, sub sua securitate: accepta ab An-  
glicis de periculo pecunia in Angliā deportādas: Innotuit res Paulo, na-  
uis ex Prussia armate magistro, uidit nauigantē ex Zelādia in Angliam:  
adortus preuia, ut sit in mari, salutatione: unde, & quo nauigaret sciscita-  
tur: Lombardus patronus per cōtemptum respondit: q̄ reputaret facile  
uiribus se absorpturū, ubi intentaret hominē cum armis. Paulus poposcit  
ut qm Anglicas merces, & perinde hostiles, deueheret, eas uolēs, si uidere  
tur traderet: Contēpsit Lombard<sup>o</sup> Alemanū, & uiribus suis, & principis  
insignibus armis, que uisebātur fidens: nec dignatus aliter respōdere, bō-  
bardā emisit. Paulus, iam paratis in nauis suis ad arma, iudicat esse pugnā-  
dum: admouit nauim suā, & si magnā, tñ galēę biremi satis imparē: nexu  
inuicem mutuos icere in naues, pugnaturi: Lombardus satis fidens ar-  
mis & uirib<sup>o</sup>, q̄ numero militum, & magnitudine nauis prestaret, suos in  
preliū hortat: Vbi cōtulere man<sup>o</sup> & aliquādiu pugnassent, superiores uisit  
Lombardi: Prussi, laxatis nauibus, pro uictis abiere: Exultat Lōbardus  
uictor: insultat cedentib<sup>o</sup>. Paulus grauiter inuect<sup>o</sup> suis, hoc est, inquit, qd  
polliciti estis pugnā clamore poscētes: ut cum dedecore uicti abcedam<sup>o</sup>:  
hoc clamor, hoc alacritas repromisit: damno iūxistis ignominiam, in reli-  
quum hostib<sup>o</sup> cōtemptui futuri. Illi sublato iterum clamore precātur, ite-  
rum ducat in hostem, purgatuos primā ignominiā, aut una omnes mori-  
tuos. Incaluisse sensit animos: noluit deesse poscētib<sup>o</sup>, cum nosset acrimo-  
niam: Exasperati cōuitio uidebantur: Itaq̄ poscētes reducit in preliū: Ite-  
rum cōgressi egregie pugnātes abolēt priorē ignominiā: cap iūt Galēam  
aliquot celsis in prelio: Ducūt in Albim fluuiū: Securitate accepta ab ar-  
chiepiscopo Bremēsi, in Zuingā fluuium se cōtulerunt: Ibi quis in urbi-  
bus Lubica & Hāburgo interdictū esset, nequis de mercib<sup>o</sup> cōparatet, q̄



LIBRI XIII. CA. VIII. ET X.

timeretur grauior exitus: inuenere tñ emptores undecūq; Qui inerāt sa-  
rellites, magno ex pręda accepto donatiuo locupletātur. Cōfestim Lom-  
bardi re cōperta aduolant Traiectum, ubi cum Anglicis tractabāt orato-  
res urbiū orientaliū: Quęruntur iniuriam, & uim illatam: Illi q; alterā par-  
tem non audirēt, respondere nihil poterāt. Hoc tñ dixere, se non in iudici-  
um, sed ad cōpositionē differētiar; uenisse, ut cum Anglis tractent: in suis  
quęq; locis impeterēt quos reos haberēt. Misit dux Burgundię ab illis  
imploratus, nūcium suū in Hamburgū: ut Paulum ibi diuersantē cōueni-  
ret: nec aliud reportauit q̄ q; ex hoste, qui hostilia non redderet sed defen-  
deret, hostiliter inuectus, prior ab illo, tulisset iustam & omni iure gētium  
debitam prędam. Misere Lombardi Gdanū, & idipsum alijs forte uer-  
bis audierūt. Intētarūt apud Karolū ducem, q; in eius finib; in eius secu-  
ritate, sub patrociniō signor; suorū attentata diceretur captura. Importu-  
nitas Lombardorum, quorū interdū opera indigent principes, ad cōfici-  
endam paratā pecuniā, effecit, ut res mercatorum nostrorū, in terris ducis  
diuersantium, ad firmam ponerentur: Sed ubi instructus erat princeps, ad  
liquidum iussit relaxari.

Nūci; duca-  
lis in Ham-  
burgum.

Res mercato-  
rū ad firmā

CA. X.

Vo tempore, circa festum Michaelis, ex constituto cōuenere in  
q Treueri Imperator Romanorū Fridericus, cum principibus curię  
sue, & dux Burgundię Karolus, eo splendore, quo nusq; uisus  
est princeps alius in apparatu armorū: In estimatione uestiū & omni prin-  
cipali magnificētiā. Obuij fuere medio quodā ad urbem itinere, cum de-  
scendens equo, dux procidit Imperatori: Ille leuat ad osculū assurgētem:  
Deducit Imperatorē dux in hospitium, longo desuper habito certamine:  
Cessit urbe dux Imperatori, & propter armatā, quam multā duxit militi-  
am, foris in monasterio tetēderat: Cōuenere crebri; ad colloquiū: Palam  
quidē de bello in Turcum gerēdo, deq; rebus Francię colloquuti: Clam  
uero inter eos agebantur alia, quę uulgo sciri phas non erat. unū, ut fama  
fuit tum erat in cōceptu, utilitate maximū, si processisset. Karolū qdā pu-  
tauere Imperij creandū uicariū: ut omnia quę trans Renū ab olim Impe-  
rio pertinerēt, reduceret: deq; rebellib; Imperio curaret. Per integrū men-  
sem, crebrę fuere principū colloquutiones: crebra uolabant inter eos mu-  
nera: sed longe superabāt, quę dux Imperatori largiretur, ditissim; & mu-  
nificentissimus princeps. Verbū q; de nuptijs inter utriusq; prolem tum  
factū multi autumāt: Sed tñ de maiorib; inter eos actis uidebat non cō-  
uenisse: Ita fuit amborū discessus, sine illa, quę in accessu patebat alacrita-  
te. Per eam uero, quę proxima fuit Brumā, Anglor; & orientaliū oratores,  
cum ampliori ad rem cōficiendam, pacemq; cōponendam mandato opus  
uideretur, iterum eodem loco cōuenere. Sed orientales, ut in artum An-  
glos tergiuersantes cōpellerent, missis in Franciā nūcijs, cum rege foedus  
inierūt: Ferūt letatū regem, cōcessisse quę peterēt. Quo apud Anglos  
cōperto, & ipsi ad cōponendā pacem equiores fuere: Permissumq; est re-  
gio mādato: ut in cōpensationem damni, mercatorib; nostris in captiui-  
tate sua irrogati, decem millia talentor; ex Sterlingis colligerēt, de uecti-

Treueri con-  
uenit Imp-  
& dux.

Dux cessit  
urbe.

Dux Impij  
uicarius.

Sine alacrita-  
te discedit.

Cōpensatur  
damnum.



galibus regi debitis, & inde cōpensarēt suorū damna, qui passi dicerētur, Inq̄ formam ueterum obseruatiar̄ res omnis est redacta. Ea fuit summa sexaginta millium aureorum de Reno: Nam talentum Sterlingorum sex ualet aureos.

CA. XI.

Robert⁹ archieps Coloniens̄ ciuitatis infensus.

Karol⁹ obsedit Nussia.

Angli, Lombardi cū Karolo.

Rex Danorū frustra tētat facere pacē.

Colonia implorat Imperatorem.

VIII. millia sub ep̄o Monasteriensi.

Vmageretur quartus & septuagesim⁹ annus, eo seculo, archiepi scopus Coloniensis Robertus, cum ciuitati ipsi male uellet: nec satis uideret, quomodo aduersante sibi capitulo & militia pene omni, se in illam uindicaret: inuitauit Karolū Burgundiæ ducem propinquū suum: qui princeps in prelia promptus, iam aliquot annis paratū habuit agmen, expeditorū militū: Nec diu dubitauit inuitat⁹, q̄ ciuitatem Coloniensem, quę male archiepiscopo suo pareret, Imperio, cui subest, destrahere, pro minimo duceret. Itaq̄ obsedit Nussia, quę quinque millib⁹ ad defluentē Renū, in eadem ripa cōsistit, arbitratus, ubi illā occupasset, quę supra erat, Bunnā, facile cōprehēderet: quib⁹ utrinq̄ captis, iam satis capta censeretur Colonia. Sed eam reperit in oppugnatione Nussia (quę olim Nouesiu dicta est) difficultatem: ut alia non pertēaret: inerat enim ualidum presidium militū, sub prefecto capitaneo Hermanno, Hassie lātgrauio qui nūc tenet archiepiscopatū, tenuitq̄ diu a morte Roberti: Varię fiunt oppugnationes, deiciuntur muri, pluteis int⁹ aggeres reparantur: tures crebris ictibus deformantur. Erupunt aliqñ obsessi, & manu collata hostibus non parua irrogant incōmoda. Multa utrinq̄ prelia agunt uicissim inter obsidētes, Angli, Lombardi, magnis agminibus. Ab Reno, & terra firma obsidio, fame expugnare cōtēdit, qñ uis armorū non p̄fuit. Interim Christiernus rex Danorū, ab urbe Rōma descendēs, ex ipso itinere uocauit duces, de Magnopoli Magnū, de Brūswico Fridericū. Iohānē Saxonie ducem, ex urbe Roma indiuisum, itineris comitē habuit, Gerhardū fratrem de Aldenbörg, Iacobum de Rupin comites: Et declinat cum his principibus uidere castra ducis: si forte posset rem tantā tractatibus intercipere, gratiā initurus apud ambas partes, q̄ armorū fastidio, & rerū dispendio, satis motas arbitraretur esse partes. Tētatū est, sed non prosperat opus, q̄ certo certior dux esset, aut deditū opidū accipere, aut armis capere. Interea malignū uulgus omnia pro suo captu interpretat, & eloquitur: Initum a principib⁹ fœdus cum duce: ut ueniat per Westphaliā, oppugnare Wandalias urbes: quarū libertas oculis principū grauis diceretur: Sed illi tum abiire sine fructu, magnis in Colonia factis sumptib⁹. Interea Colonia Imperialis ciuitas, implorat Imperatorem: sciebat enim illa, de imponēdo sibi iugo cōtendi. Diu promiserat aduentū Imperator: sed ut erat cunctator semper maximus, nec haberet in promptu, quę ex longissimo erant arma cōtrahenda, diu distulit: Venerat tādē cum principib⁹ electorib⁹ per Renū defluēs. Erāt arma cum illo Mogūtini, & Treuerensis archiepi scoporū: ipsi dux Saxonie Ernestus, & Albert⁹ Brandēburgēsis marchio electores, cum suis agminib⁹ affuere: Monasteriēsis episcopus Henric⁹ de Swartzeburgo, expeditissimas copias ductabat equites, peditesq̄: Octo millia ferebātur sub signis eius militare. Iunxerāt se castris illius quingēti



de Lubica expediti pedites: sed ad Imperatoris signa cōcedere iubebantur: Nihil motus dux, oppugnabat opidū, & paratus uidebatur cōferre manum Imperatori: Sed omnia consilio, priusq̄ armis, Imperator experiri cōstituit: Inito tractatu, treuge fuerūt. Sed per eas insolētiore quidā leuibus prelijs pugna ciebant: Eliciti Picardi uenerāt equites, post se singuli peditem habētes in iumēto, qui in loco pugne defiliret: urgebāt preliantes, non datis signis. Albertus marchio circuibat castra, precipiēs, ne quis sub poena capitis se cōmoueat: Temeratores treugarū, si luerent pœnas temeritatis, ad rem non pertinere. Ita sub oculis agminū Imperatoris, nonnulli pedites, qui per iocum cōcitassent preliū, aut cēsi, aut in profluētem Renum detrusi pœnas luūt. Tractat⁹ inter Imperatorē, & ducem, ibi finierunt: ut Maximilian⁹ Imperatoris fili⁹, Mariā Karoli ducis unicā filiam sponsam inde cōiugem haberet: in quam rem soluta est obsidio. Principes dimissis copijs, in sua redierunt.

CA. XII.

Oetū habuere celebrē in Lubica, urbes cōmunionis Hāsę Feutonicę anno proximo: Ibi Colonienſes, iam se ante ab reliquis segregātes in Angliā, ad eam redire cōmunionem, manibus pedibusq̄ cōtēderūt: alioqui, nō usuri in Angliā immunitatib⁹ ab olim indultis: Diu reluctatū est: Ostēse sunt crebræ illorū in socios cōmunionis tergiversationes. Scripsere pro illis Impator, & archiepūs Colonienſis. Sed cū diu illis pernegata esset recōciliatio, satisfactiōe premissa, passi sunt redire in idiplum Quo tēpore inclyt⁹ princeps dux Magnopolēsis cōiugem accepit, filiam ducis Pomeranię. Nuptiarū solennitas indicta fuit in opidum Stetinū, ad cōuentū multorū principū. Paucis ante diebus idē dux quendā militaris ordinis de terra Bardensi captiuū habuit, emunxitq̄ argento plurimū. Ille rerū suarū nō immemor, obseruabat tēpora cū dictus princeps iocalia sua, in auro, argēto, serico, ceteraq̄ ueste premitteret ad locum nuptijs destinatū: & preueniens omnia intercepit: estimatione rerū supra quatuor aureorū millia: sic cōpēsans, quę pridem accepit captiuus, detrimēta. Sed facile fuit principi perficere, ut ea de re sine magna questione, satisfactiōnē acciperet. Eodē tempore, per negligētiam incuriosę familię, Bergis emporio Norwagię perierunt incendio mercatorū caselle: Ibi ingēs multorū de Wādalicis urbib⁹ ciuū spes intercidit: inestimabili rerū dāno, dum promptuaria mercatorū cum scripturis obligationū pariter interirēt. Tantū ualet unius aut paucorū capitū socors uinolētia. Credebilis materia ex lignis cōgestę domus, trabib⁹ supra se collocatis: quomore & in Alpibus positę domus rusticę uisuntur.

CA. XIII.

Er fabulā, quam diffudit uan⁹ rumor, de principib⁹ cōterminis Karolo duci foederatis, tum puenit: ut res seria tractaret. Nam cœpere tum urbes attentius cōmuniri, cum circūspicerent oppugnationis undecūq̄ periculū: Valla iēcere ex profundis fossat⁹, portas in morē turriū erexere: Instituētes quasi impēdente bello rem per arma preparare. Nisi enim in pace belli tempora cogitētur, male res geritur. Tum apparari munitiones, ubi usus uenit, serū est. Cœptū autē tum negocium

P ij

Fuit treuge.

Temeratores  
luūt pœnas.

Matrimoniu

Cōuent⁹ Hāsę  
Lubicę.Colonienſiū  
tergiversatio  
nes.In Stetino  
nuptiæ.Fit preda in  
cōpensam.In Bergis  
Norwagię  
incendiū ob  
uinolētia.Muniuntur  
urbes.



Obsidetur  
Nāseium.

Switenses  
Diuā uirginē  
nē signa.

Karol⁹ dux  
Burgundiæ  
occubuit.

Quest⁹ sup  
uita karoli.

In Dania no  
ua uectigalia

Queruntur  
urbes de one  
re nouo.

Scandalifant  
proceres Suecię

cōtinuatur, dum etiā ab Karolo timor euanuit. Nam ille bello magno, in Lotharingiā in se excitato, Switēses mōticolas, durum a stirpe genus, est expert⁹, & omnes, qui in magno foedere cum illis essent, sensit hostes. Tractum est aliquādiu bellū, multis prelijs cōflictatum: inclināte semper fortuna ducis, dum uiros experiretur. Nouissime obsederat Karolus urbē Nāseium, q̄ transitū illi pernegaret: cepit aliqñ, & denuo amisit. Demū oppugnās, & fame perurgēs, audit contra se uenire hostes, cum duce Lotharingię Renato. Properabant tribus agminibus, magno foedere colligati, obsidionē soluere urbis memoratæ: Signa pretulere Switenses, quibus diuā uirginem, dei genitricē preferūt: Ea uisa uolitare per aera, nōnullos ferūtur terruisse. Sed dux interritus, premittit agmē suorū expeditum quod primā pugnā distineret: dum ille cum totis copijs pararet in ordinem. Cōflicere infeliciter, premissi Karoliani: utpote pauci in multos: & pulsi, cōcessere in maiora castra. Hostes sequuti incubuere, perurgebātq̄, Ingrauescit preliū: cēdūt, cēdūtq̄ uicti, uictoresq̄. Sed tñ inclinauit acies Karoli: Quod ubi rescitū est, suasere proximi duci ut fugā iniret: Diu non potuit in animū demittere fugę consiliū, dux inuictissim⁹: Sero intentaui, & ecce diffusi per cāpos hostes, omnia occupauere. Trāsire parantē Karolū, & transilire iumēto fossatū, occupauere rustici pedites: nec discernentes quis esset, sternūt securi percussim: Pauci, & pene nulli nouerunt quo Karolus peruenerit, quē exitum habuerit, uiueret interissetue: cęsi captiq̄ suorū plurimi, ceteri cum ex fuga se recolligerēt. Cōpertū est ex puero, qui assiduus ducem sequebatur, quo loco cecidisset: Nudatū corpus, & uulnere, geluq̄ tumidū, non discreuere etiam qui familiarissimi extitissent: sed frater eius Antoni⁹, & Philippus, secretorū corporis eius conscij, agnouere Karolum. Diu non est creditū, esse interceptū, aut oppressum Karolū: uiuere multi ferebant. Mercatores Hispani, Lōbardi, & Galli, id uerterūt in questū, mercātes, & uēdentes, super eius reditu. XIII.

Andalicarū urbiū mercatores, tum in questione uersabāt, noua in regno Danię uectigalia. Nam rex Danię Christiernus, ab urbe Roma descēdens, exemplo regionū, quas peregrinatus uiderat, per Italiā, perq̄ superiorē Alemāniā, suā q̄q̄ prouinciā instituit. Nec opus erat indulto in eā rem Imperiali, q̄ Dania Imperiū supra se non recognoscit: sed tñ ab exēplo, & ab equo, quod uidebatur, cōstituit in suo. Excœpere incolę memoratæ urbiū, pretendētes priuilegia, ab olim indulta, literasq̄ in eam partem obtēderant: promissionē etiam regis preferentes: q̄ nullis nouis ab illo uectigalibus in futurū tempus grauarentur. Replicatū est, q̄ ex nouis superueniētibus causis, ubi euidentia facti testatur, posse constitutū odiosum antiquari. Quis enim sibi legem dicet, a qua non liceat rationabilib⁹ de causis discedere? audiuiere eam disputationem Sueci proceres, qui ad eum erant cōuentū euocati, ad tractandū de sui quoq̄ regni nouis grauaminib⁹: Cum ergo ista quę obtēderētur mercatoribus audirent, in dubium uidelicet uocari literas, scandalifati abierūt: nunq̄ se regi parituros testati qui non cōstāter inhereret, ne literis modo,



sed uerbis: In quo enim firmari in reliquū fidē cōueniet, si cōstantia labas  
 scit, cum sigillo literarū: Sed recedere, & abire uolenti, quēuis occasio satis  
 uideri solet: Facile tñ cōcepto destitit princeps, semper humanissim⁹: & qui  
 præter profusionē suarū rerū, non haberet, quod in eo carperet. Quo etiā  
 tēpore, Maximilianus duxit cōiugē Mariam, unicā ducis Karolī filiā, per  
 quā dñs factus est, immo ut nunc cernit, temporāneus administrator ter-  
 rarū, quib⁹ Karolus præfuit. Picardiā tñ, quā de manu regis Frācie per ar-  
 ma Karolus tulit, rex ipse mortuo Karolo, statim sibi uēdicauit: De alijs  
 quoq; prouincijs tum cōcepit inter regē & ducem Maximilianū, graue &  
 diuturnum bellum: quod uaria fortuna gerebatur. De Arthesia quidem  
 dux laborabat, sed eam defendit. Burgundia ducalis, magno primum la-  
 bore defensa est: quam rex Franciæ recidisse contenderat ad coronam,  
 posteaq; marem hæredem Karolus non reliquit: Nam femina ducatum  
 hæreditare non potuit. Sed de his alijs. Quod uero ad nos pertinet, alio  
 etiam tempore dicitur. CA. XV.

Ouguardia metropolis Russiæ tam potēs, ut in prouerbio effere-  
 rent ciues eius: Quis potest cōtra Deum, & magnam Nouguar-  
 diam? Crediderim, si semper, & ubiq; manserint hæc duo copula-  
 ta, ut Deum habeat urbs & protectorē, & adiutorē. Potuit aduersus eam  
 hoc tempore Iwanus, quē nos Iohannē dicimus, magnus princeps Mus-  
 gouie: qui optimates urbis per speciē conuiuij, cum nihil hostile timeret,  
 euocauit: egressos, cum nihil suspicarent, abduxit in Musgouia: Cūq; pa-  
 ratas haberet copias, oppugnare urbē, & euertere cōminat, nisi se dedat, ci-  
 uitatem. Quid faceret populus, abductis iam principibus? Territi omnes,  
 cum non cernerent salubriorē exitū, se illius gratiæ permiserūt. Ille primo-  
 res, qui remāserāt, iam dedita ciuitate, cum familia misit post alios in Mus-  
 gouia: Inde uero translatis alijs, qui eius uice urbem pro se tuerent. Ita ci-  
 uitas potentissima, non tam armis, q̄ ingenio seruit hodie: nec mercatores  
 inde nostri multum prosperant, rebus assidue in deterius prolabantibus:  
 nam minus ibi mercaturę procedebāt, postq̄ cōcepit sub seruitutis iugo ge-  
 mere ciuitas. Vult ante omnia liberum mercatura populū, qui non armis  
 premat: male enim conuenit armis & mercaturis: Nam alterū, manū mili-  
 tarem habet in promptu, alterū genus, sola fide nititur. Habuere tempora  
 illa ubiq; monstruosa plurima: Nam qd̄ anno proxime supra, Florētiæ in  
 Italia gerebat, mōstri esse simile quis neget? Vbi archiepiscopus Pisanus  
 strangulatur cum primoribus. Duę potentes in ea urbe familię de prima-  
 tu cōtendebāt: de Patzis, atq; Medicis: res non insueta ciuitatibus Italię.  
 De Patzis instituere factionem, ut pellerent familiā de Medicis: quocirca  
 Iulianū in ecclesia trucidauere: Laurentius uix in ecclesię elabit a mariū.  
 Venitur ad arma: coniuratio deprehendit: preualuere partes de Medicis:  
 Archiepiscopū Pisanū aduersę familię primariū uirum, & reꝝ, quę gere-  
 bantur, non modo cōscium, sed authorē, cum aliquot primoribus corre-  
 ptum, iugulauere: ex palatio pendētes. Cardinalis sancti Georgij tum iu-  
 uenis, credebatur consiliorū particeps: prope erat, ut simili temeritate op-

Maximilian⁹  
 Mariā duxit  
 in cōiugem

Bellū graue  
 inchoatur.

Per speciē cō-  
 uiuij Nou-  
 gardia subi-  
 gatur.

Nougardie  
 res trāsferūt.

Tēpora mō-  
 struosa.

Archiepisco-  
 pus strāgula-  
 tur Florētię.

Cōiuratio  
 dephēditur.



Papa gladio  
utroque utitur

primeretur: sed prudentia exuperat feruorem. Papa in eos utroque distrinxit gladium: sed qui abierant, non redierunt. Rebus utroque pacatis, familia de Medicis tum exuperat.

CA. XVI.

Matthias Vn  
garię Rex a  
pactis disces  
dit.

u Ngarię rex Matthias, cum Imperatoris Friderici (qui se ferebat hęredem) permisso, quoad uiueret, teneret Vngarię, nec liberis daturus operam uidebatur: cum per hęc tempora coniugę accepisset filiam Ferdinandi, regis Neapolitani: uidebatur a pactis discedere,

Regna nō le  
gibus sed ar  
mis cōquirū  
tur.

& hereditario iure regnum sibi uendicare, quā etiā de hęredibus cępit cogitare. De quo per nuncios ab Imperatore interpellatus, hoc respondit: Magno se labore, & multis periculis semper obiectasse cōmunibus omnium hostibus Turcis: pro qua re datam sibi spem regni Bohęmici, a qua nuper excidisset, cum Wladislao, filio regis Poloniae permitteret: Vngarię am saltem, quā tanto labore defendisset, sibi permittendā. Sed regna, quia non legibus, sed armis accipiunt, intētauit Imperator bello inuadere Vngarię: quę tēpus tum non erat pulsandi murū illū Christianitatis, cū satis ab latere Turcorū quateretur. Facile tamē se rex ab Imperatore defendit, sepe prelio factus superior. Res inde in treugas, deinde in leges pacis cōponitur: necdum rege preterente hęredē, uidebatur ante tempus Imperator

Archieps Ri  
gensis de or  
dine p ordi  
nē inuaditur

quęri. Per idē tempus in Liuonia ab fratribus ordinis Teutonicorū controuersia excitat archiepiscopo Rigēsi Siluestro, eiusdē ordinis participi:

Magr Liuo  
nię capit ar  
chieps in  
arce ppria

Antea quidē Magistri cęcellarius hic erat: nunc eius prouectione in eum gradum euectus est, ut esset caput prouincię: Obnoxius ordini putabat, ut uicissim illi ad nutum obsequeretur. Sed cum honorem ecclesię tatus, non satis gratificaretur per omnia Magistro: ille oblitus quę archiepiscopus sit, hoc solū, quę frater ordinis sit, intuet: captū in arce propria tenuit sub custodia magister pontificē. Nam uergentē in seniū, & iam decrepito proximū, desipere dicebat: neque ordinis, neque ecclesię res pro dignitate gereret. Interdicitur ob eam rem sacris, per omnē diocesim: nihil hoc mouit fratres: Ipsi de capiendis in potestatem ecclesię arcibus intenti circūferabantur. Ferūt in arce Koggenhusen firmissima, quam ingressus magister archiepiscopū uinciri iussit, reperta ecclesię priuilegia, & multas literas ab ordine, & ab alijs prelatis datas ecclesię, tum ibi per Magistrū concrematas. Magno & diuturno ex hinc bello diocesis Rigensis concutit: Ciuitas ipsa pro ecclesia se opponit ordini: Magnis animis, potius quę uiribus arx ecclesię, quā iam tenebat Magister, oppugnat, ut ex manibus ordinis recuperet: Sed in eo reze turbine Siluester morit: alius per capitulū electus, surrogat: Sed erat uir primarius, & doctus in urbe Roma, ordinis dicti pro

Cōcrematur  
ecclie Rigēn  
priuilegia: &  
male.

curator, qui ecclesiam ab Sūmo pontifice impetraret: non repugnantibus utrinque partibus, tam ecclesię, quę ordinis: quę speraret ambe, suū in eo prelaturum inuenire, nam habuit ecclesia nōnullos in urbe Roma, qui auribus non ui archiepiscopi rem omnē detegerent: ut facile fideret, qui pro ecclesia stabant, illū ecclesię nō defuturū: & cum esset ordinis in urbe, procurator, illi quoque cōmendatus erat, ut bene de illo speraret. Vtrisque ergo uisus est idoneus, qui pacē rebus daret, erat enim iam ante minoris in Italia ecclesię epi

Papa puidit  
ecclie Rigēn  
de psona or  
dinis.



scopus, quā facile dimisit, cum hāc archiepiscopālē accepisset. Recte autē ciuitas fecisset cum capitulo, si uirū hūc apud sedē apostolicā manere pate-  
renē: ibi rebus eorū utiliorē futurū, q̄ esset apud ecclesiā. Institerunt autē multis ad eum datis literis, missis quoq; nō uulgarib⁹ nuncijs, ut ueniret: pacē, ut sperabat, allaturus: Sed lōge aliter prouenit, qd suo tēpore dice-  
t. Cum uero ann⁹ ageret LXXVIII. per brumā solito acrius rigētē, Rus- si in Liuoniā eruptione facta, crudeliter desēuerūt: in omnē q̄q; ordinē se-  
uientes: nemo illis aciē ueniētibus opposuit: Ordinis fratres satis habuere tutari arces: Itaq; infantes palis infixērūt, ubera foeminis detraxere, uiros atrociter necauere: & p̄dis abactis, incēdio relicto, abierūt. XVII.

Vo tempore bellū acri⁹ exarsit inter Imperatorē Fridericum, & q  
Matthiā Vngarię regē, non suo tēpore excitatū: cū interim Tur- cus Christianas prouincias popularet. Causa autē noui belli hec  
erat: Bernhardus Granēsis archiepūs, primus in Vngarię regno p̄latus, cum cerneret Matthiā regē non ex fide pactis cōuentis inter Imperatorē & se, satisfacere, ducta uxore, qd dixim⁹, filia regis Neapolitani: cū fuisset ipse archiepūs cōpositionis arbiter, & opifex, inter reges memoratos, insi-  
gnia regni, coronā, & non cōtemnendū regni thesaurū, profugiēs in Aus- triā, detulit Impatori: uolēs qd in se esset, pactis satisfacere. Matthias rex non ferēs iniuriā, ea armis repetebat: Vnde diuturno bello quassata Aus-  
tria, pene tota cōcessit in ditionē regis. En hic est Christianitatis defensor Impator: hic est, qui omnes tueri suscepit ab iniuria: patriā ditionē male defendit ab proximo rege. Interea Mahumetes Turcorū Impator triremi-  
bus. LXXXVI. Rhodum Christianā insulā, petijt: urbē magna ui obse- dit, & oppugnauit: Sed fortissimis Christi militibus fratrū hospitalis. S. Iohānis fortiter repugnātib⁹, nihil profecit: cœlit⁹ enim roborati, sine in-  
termissione pugnaere: magno facti Turcis miraculo, q̄ non fatigarent. Eodē illo tempore, inter urbes Wādalicas, & Hollādinos, in Monasterio Westphalię urbe, factę sunt iterū treugar; in annos. XXIII. progatio-  
nes: inchoatę anno, qui proximus tum erat. LXXX. ad initiū Maij. Ves- tus enim cōtrouersia in eis fuit, longę ambages, multę querelæ. Maximili- anus dux, legitimus tum prouinciarū administrator (nam dñm illū, dura ceruice populus, noluit agnoscere) literis desuper datis, rem inter partes, autoritate sua, iussit conuiescere. CA. XVIII.

Ctuagesimus agebat annus, post. MCCCC. a Christo nato, cū o  
ordinis Teutonicorū per Liuoniā Magister, dñs Bernhardus de Borg, proximo supra anno acceptā ab Russis iniuriā cōstituens  
uindicare, magna ui Russiā repetiuit: armatis omnib⁹ quos potuit, rusticā multitudinē cōiūxit. XX. fuere millia, qui tum signis ei⁹ paruerūt: uali da  
man⁹, si, qd instituerat, p̄sequeret: Verū cū esset rigidissima tum bruma, multi manib⁹ pedibusq; frigore cōstriētis, sibi adesse non poterāt: nedum hostib⁹ nocere. Plesgouia urbē cū p̄cessisset, in cōspectu habuit: eaq; fuis-  
set tum facillimū, deditā accipe: Sed uoluit Reualies epūs, qui tum ade- rat, nescio qd, ante sacrū solēniter implere officiū. Dū ille cūctat, aucti nu

Frustrā spes  
i nouo pōt.

Russi i Liuo  
nia grassantē

Matthias rex  
non ex fide  
cū Imp. agit

Austria bello  
quassata.

Rhod⁹ p Tur  
chū iugatur

Treuge inter  
urbes & Hol  
landinos.

Liuoniē in  
Russiam.

Mora nocet  
it paratis.



mero Russi, se opposuere: q̄ ante ad deditiōē p̄mptissimi uidebant̄. Erat  
 tum nōnullis suspicio, q̄ ecclesie Tarbatēsi plurimū ea expeditio minaret̄.  
 Admonit⁹ ep̄s, qui & ipse aderat, dimissa expeditiōe retrocessit: ditionis  
 sue fines tutatur⁹. Ita expeditio illa, magnis intētata conatibus, per inutilē  
 cūctationē euanuit, ac prorsus inutilis fuit: nisi q̄ Russis mōstrata est, Li  
 uoniē quāta esse potuit maxima potētia: q̄d aliquāto melius ignorassent.  
 Venerat ea tēpestare Lubicā, Iohānes de Cardona comes, Preceptor ordi  
 nis. S. Iohānis, qui plenarias indulgētias ab Sixto. III. Sūmo pōtifice da  
 tas, in subsidiū Rhodiōrū, ut Turco truculētissimo hosti, qui tum in Euro  
 pa plurimū debaccharet̄, resisterēt. Est aut̄ Rhodus insula in mari Aegeo  
 sub Lycia puincia, in circuitu habēs multas alias sibi parētes minores, Cy  
 clades, claustrū Christianismi in mari: nisi enim ibi essent milites Christi,  
 totum mare impacatū, iter in terrā sanctā non haberet. XVIII.

Plenaria in  
 indulgentiā p̄  
 Rhodijs.

Venetī fœd⁹  
 cum Turco.

Ep̄s Hydrūti  
 excoriatur  
 uiuus.

Comes Hie  
 ronymus.

Itali uocant  
 Turcū in Ita  
 liam.

Matthias un  
 gariē rex re  
 cuperat Bos  
 nam.

Fleborg oc  
 cupatur.

Vo tēpore cū iam ante rex Neapolitan⁹ fret⁹ genero rege Vngar  
 riē, in Cyprū occupandā (que insula Venetis paret) respiceret, ut  
 eam manib⁹ eorū auferret: Veneti fœdus iniere cū Turco, quo il  
 le in regē Siciliē incitat⁹, perpelleret eū Cyprī obliuisci: Cū Turc⁹ dñandi  
 libidine inflāmat⁹, in Apuliam maximas tum misit copias: expugnauitq̄  
 Hydruntū magnā eius puinciē ciuitatē: Ep̄m loci, singulari supplicio fe  
 runt̄ hostes excarnificasse, uiuū, ut ferūt, excoriatū: clerū omnē equorū pe  
 dib⁹ cōculcauere: iuuenes, & puellas, abducūt uenūdare, & imposito ur  
 bi ualidissimo p̄sidio, quietur⁹ ibi nō uidebat̄. Mouit ea res pōtificē, ut  
 cōmoneret omnes Christianismi principes: Sed nemo facile exaudiuit: cū  
 taciti pretēderēt, haften⁹ alijs puincijs hostē illū incubuisse, nec tum potē  
 tem Italiā se cōmouisse: Nūc qm̄ incēdiū ad eā puenerit expergiscat̄. Vbi  
 nūc comes ille Hieronymus: qui magnis principib⁹ exbarbitōsor, par es  
 se debuit, de diui Petri patrimonio: Cur non ille p̄potēs accurrit, restin  
 gnēs incēdiū? Rex ipse Neapolitan⁹ qui aliena cogitauit inuadere regna,  
 tum nō potuit satis tutari sua. Mira res, & que stuporē ingerat cōsyderan  
 ti: ubi periculū lōge est, sum⁹ fortissimi, cū propinquat, soluiur in formi  
 dinē, ne fœminis pares. Sed & illud intueamur: Quis nisi populus Italiē  
 uocat Turcū hostē immanissimū in Italiā: Mōstra sunt hęc, & nullis com  
 perta ludibria: Vngar⁹ infestat Turcū, Impator illū inde reuocat: Pōtifex  
 cōcitat principes in Turcū, ipse inter nepotes desidēs: Venet⁹ inuitabat ho  
 stē in prouinciā: Lethargū patimur, nō expergiscimur: nisi ingruēte incen  
 dio, quod utinā restinguere possemus, cum propinquauerit. XX.

Atthias interim rex Vngariē, magnis uiribus Turco colluctat̄:  
 m Bosnam de manibus eius eripiens, quam aliquādiu hostis posse  
 dit, a tempore occupati regni Constantinopolitani. In nostris  
 quoq̄ finibus, ut huc tandē redeam⁹, tum non omnia fuere pacata: Nam  
 Gerhardus de Aldenburgo comes, uir malo fato natus, quiescere non po  
 tuit: Wildeshusen opidū Bremer non longinquū, incursionibus sæpe ue  
 xauit: Sed hoc tempore expergefacti, eius p̄sidium unū, Fleborg ille  
 uocabat, occupauere: & proximā ecclēsiā ab illius militibus incastellatā,



LIBRI XIII. CA. XX. ET XXI.

iniecto igne concremarunt. Quadraginta satellites, diuersis uis, incendiū fugientes, capti, cęsiq; sunt: Sed non mouit illum iactura tot perditorum hominum, quorum ubiq; magni exuberant greges. Non erat illi homini ulla quies amica: Cętera eius preclara facinora, quia & in Saxonia attigim<sup>9</sup>, nunc breui temporū cōmemoratione cōtenti, transim<sup>9</sup>. Tum uero Gripeswaldenses, episcopū suū Caminēsem, dñm Marinū de Fregeno, hominē his terris per publicatas indulgētijs, nō usq; quaq; in optimis notissimū, etiam sacris in locis, affecere cōtumelijs, lapidib<sup>9</sup>, & luto infestauere: q; mandatis alienis, & insolitis, eos adoriretur. Quis aut potuit sperare Caminēses, populū ad iurgia natū, cum homine omniū uersutissimo pacifice agere: quomodo enim equanimiter ferrēt pontificem Italicū, qui raro sunt pacati pacatissimo: Sed ille iniuriam suam uindictatur<sup>9</sup>, simul, q; ad rubrum in urbe galerū aspiraret: nam multis ecclesiam obsequijs uidebat ornasse, Romā cōtendit: Ibiq; dum multa molitur, diem suū obiit, satis exiliter tumulatus qui magnis splēdoribus, apostolicus nuncius, prouincias multas obibat.

xl. satellites capti & cęsi

Ep̄s Caminēsis in ecclesia contumelijs afficitur.

Populus ad iurgia nat<sup>9</sup>.

Ep̄s Romę obiit.

CA. XXI.

Agn<sup>9</sup> Musgouię princeps, quē ante occupatā Nouguardiā hoc solo cōpertum habuim<sup>9</sup>, q; ab urbe Roma uxorem, filiam Imperatoris Cōstantinopolitani teneret: post captā uero eam urbem, nimis esse notus cępit Liuonię. Nam post primā excursionē, quā ante duos fecit annos, proximo anno per magistrū Liuonię ordinis Teutoniorum tentatam cōpensari, nūc .LXXXI. anno, nimis crudeliter desequiens, in eam prouinciā reuertit: more gentis, late excurrēs, magnā uim hominū rusticę plebis abegit, uelut pecora, in extremā seruitutē p̄trahēs: Nec erat tñ multo melior eorū in patria cōditio, nisi q; nūc ab affectibus quisc; suis disūgebantur. Nam etiā ibi canib<sup>9</sup> similes habiti, uix panem furfurē uitare sinūtur ad satietatē. Ita sudorē miserorū extorquēt, sine ullo humanitatis respectu, qui presunt. Nostri catuli tolerabilius habent, q; illius prouincię plebs agraria. Abducti cum cęteris nōnulli militaris generis, hoc passi, cum cęteris, quod solebāt in subiectos immaniter exercere: Fert̄ idē Musgouię princeps occultū inisse cōciliū, cū nonnullis Letuanix principibus, male Christianis, q; in regē Polonię per pacis simulationem trucidandū animauit, inflāmauitq;. Illa enim ex gente rex ille natus, quod supra sepe ostēdimus, iuste illis paterna successione dominatur: Sed sine inuidia non possunt magnę res possideri. Erant ex proceribus, qui se quoq; gubernādę Letuanix natos arbitrarentur, ad quos, sublato rege, principatus deueniret: Cōstitere omnia prodicionis consilia, deputata loca, & tempora parricidio: ubi rex, & regina, cum aliquātis filijs in manus putabatur peruentur<sup>9</sup>: Prodiit tamen undecūq; malignū consiliū, rex prudentissime omnia circūspiciens, cum cōperisset luce clariora eius instituti parricidij testimonia, iussos comprehendī, consilij cruenti conscios, gladio ultor percussit: ita prodicionis cōsiliū, quod iuste debuit, intercepit malignitatis authores. Princeps aut Musgouię, ubi nō processit institutum, nihil se intellexisse protinus simulabat.

Musgouię dux olim parū notus.

Abigitur rustica plebs.

Miseria in Russia.

Consilia prodicionis decuntur.

Rei cęduntur gladio.

CA. XXII.



Mahumetes  
Turcorum tyrā  
nus obiit.

Duo filij Tur  
ci cōrendū.

Hydruntum  
oppugnatur

Minor natu  
Rhodū pro  
perat.

Donatur Im  
peratori.

Mittitur regi  
Franciae.

Regni Cæcel  
lari<sup>9</sup> uendit  
hominem.

Matthias in  
Turcum.

Ars diaboli  
discordia  
Christianorum

Imp. inua  
dit Vngariā

O anno Mahumetes, Turcorum Imperator, dum multa molitur  
in obsidionem Rhodi, eamque maioribus parat oppugnare uiri  
bus, simul in Italiā respiciens, cui<sup>9</sup> iam primū cœpit angulū inua  
dere, finem uiuēdi fecit, magno Christianorum cōmodo: Acerrim<sup>9</sup> ad pre  
lia princeps, & uictor per Europā, & Asiā, ampla cōiunxit imperia pa  
terne ditioni. Tum uero filij eius duo, dum de regno, & paterna successi  
one nō idem sentiūt, uires cœpere mutuas tenuare. Nam maior natu Ba  
iazit, festinās ad occupandā paternā successione, intermisit ab illo cœpta  
bella. Interim Hydruntū, magnis uiribus a rege Neopolitano oppugna  
tum, dum Turci non mittūt suis suppetias, facta deditio, recipit ab re  
gis filio Alphonso: Minor autē Imperatoris Turcorum filius, dum fraterna  
factione undique se cernit exclusum, ad magnū Rhodi magistrū peruenit,  
illi se permittens, promittēsq; si Christianorum ope reducat in regnū, Con  
stantinopolitanum Imperiū se redditurū. Magister causat<sup>9</sup> se imparē tanto  
negocio, maioribus eum cōmēdare Christianissimi principib<sup>9</sup> repromittit:  
mittitq; Imperatori dedititiū. Ille & si in culmine sederet Imperij, magnis  
tamen rebus gerendis se non esse natum sepius ostendit: Acceptū Turci  
magni filium, introrsus mittit Francorum regi: simul, ut se pro animi sui non  
egua magnitudine, tantis pro alieno principe, exoneret impēdij. Iactatur  
nobilissim<sup>9</sup> adulescens, inter principū manus, ad modū pile, quibus, si ad  
quod debuit, anim<sup>9</sup> esset, magna rerū momenta prestare potuisset, ad Chri  
stianissimi subleuādā, que in ea parte iacet, dignitatē. Sed rex tamdiu ser  
uauit hominē, quoad regni cæcellari<sup>9</sup> illum diuēderet summo pontifici:  
pactus unū, aut alterū, pro amicis rubrū galerū: Per quam occasione uen  
it idem missus Romā: ut a pontifice Innocētio seruaretur: qui illi in pal  
latio supra se mātionē deputauit. Frater eius iam Imperator, ubi intellexit  
quo loco esset, aliquāris millib<sup>9</sup> annuis expromissis, hisq; non paucis, egre  
gie cōpensauit impensas pro illo factas.

CA. XXIII.  
Nterea Matthias Vngarię rex, non quieuit, usus temporū oportu  
nitate, q̄ sciebat nouū Turcorum Imperatorē, satis implicari do  
mesticis rebus: magnis tum exercitibus mouit in ditionē Turci,  
eiecissetq; illum facile proximis Christianis prouincijs, si non idem uexa  
tus, ab Imperatoris Romanorum copijs, huc uires cōferre cogere, ad prop  
ulsandū bellū ab Austria. Quid dicem<sup>9</sup>? Diaboli hęc esse artem, ad im  
pediēda bona, an hominū maliciā ad uindictā iniurias? Qui debuit  
ipse gladiū in hostē distringere, nec conatur ulla parte, ipse distringentem  
quomin<sup>9</sup> prospere inuadit. En tēpora: en mores: Nō est satis per ignaui  
am a bono quiescere: nisi pro uiribus renitētes hosti, & in illū multa mol  
entes impediam<sup>9</sup>. Et quomodo potuit ignorare Romanus Imperator in  
Austria, tum districtū, & implicitum hosti Turco Matthiā Vngarię re  
gem? Magis est uerisimile, tum certo cōsilio ab Imperatore inuasam Vn  
gariā, cum eius regē alibi nosset bello magno implicari. Tulere tñ Wa  
lachiā superiorē, tum de manu Baiazit. Quo tēpore, apud principes nos  
trorum partiū cœpit haberi solēne, capillos truncare, sibi suisq;. Misere in



uicem sibi literas, inclusis forcipibus cum mādatis: Ita ludūt nostri, dum res serias pro omnibus tractant, qui colluctātur infestissimo Christianis Turco hosti. Ea tum res agebatur de capillis serio tutandis: Sed siue uigilantibus per uim & iocum, siue dormitātibus, utcūq; truncare studuerūt: militāribus uiris ineptum arbitrati: si ut puellae comas ornēt: Galea enim decet militare caput, non rosea, aut sericea corona.

XXIII.

Eprehēsum ferunt eo tēpore Wismarie insignē furē, quē res singulari nouitate deposcit, ut eam misceam<sup>9</sup> rebus magnis: ordine sacerdotē: illa facie, & honestate pretēsa: ut quiduis facili<sup>9</sup>, q̄ illū furē crederes: quē in mentionē cum principib<sup>9</sup> adducere iniuriū uideret: nisi & ipse princeps furū extitisset: facie, & apparatu uenerabili, a nemine habitus est is qui repertus. Apud ecclesiā cōducto manēs hospitio, talem in uultu, & omni gestu, p̄ferebat honestatē: ut aliqñ uices impleret, in eā urbe, sacerdotis parrochialis: uestes q̄tidie mutabat, iam rustic<sup>9</sup>, iam mercator, iā sacerdos, ut erat, habitu fuit: noctib<sup>9</sup> ambulabat pro suo quēstu: Cingulū ferebat uncis per ordinē in circuitu pluribus: ut in eo incinctus haberet, quo plurima efferret, uelut multis usus manibus: Omnīū generū supellectilem, merces omnigenas, uestes ad sartorē, necdum ad plenū p̄fectas, libros, & quicquid obuiū erat cōgerebat: per uicinas urbes circuibat: omnes locupletes in singulis descriptos, in ordinē, in libro p̄ferebat quos iam expilauit, signo factę ueluti solutionis adhibito, absoluit: ceteros pro debitorib<sup>9</sup> inscriptos habuit: nulla tñ summa designata. Nec fuit in hoc maritimo tractu ciuitas, quā non multiplici furto perualisset. Sarcinulū nūcū Gdanēsis, in qua aliquot erāt florenorū millia, quē ab occiduis mercatorib<sup>9</sup> in orientē deportaret, hic noster mercator in habitu conspectus inter alios mercatoris, quasi suā, dum nūci<sup>9</sup> obuerso dorso stare, ad lauacrū mane extulit, multis pro ea re in suspicionē adductis. Reperit aliquādo sacerdotis uestem lineā cum almucio, & iuxta ferratā militis tuniscam, uno utrūq; sed dissimilē uestem, sacco implicuit: Infinita sunt eius generis ludicra furta. Finaliter proditus est uili libro, quem uicino abstulit: Wismarie inscalat<sup>9</sup>, in Sconēberge turri mācipatur, in qua moritur. Qui documēta protulerūt rerū suarū, sua receperūt, quē extabāt: ceterū p̄pta pecunia non redibat: Poterat ille inter multas cistas discernere, quæ ex omnibus pecuniā contineret.

CA. XXV.

Rat per ea tempora, in Wādalicis urbibus, annonę insignis caritas: quē utcūq; fuisset, tolerabilis, nisi eam uehementer auxisset grande eius preciū in Hollādīa, & ceteris occiduis partibus. Ibi enim cum bellū esset, inter Maximilianū ducē, Karoli successorē & generum, ac regnū Frācię, portus eius regni clausi erāt uicinis prouincijs, p̄sertim hostilib<sup>9</sup>: Vnde factū est, ut Hollādīa, terra populosa, sine frugib<sup>9</sup>, cum multis indigeret: eas ex orientalib<sup>9</sup> expetiuit regionib<sup>9</sup>: magno illatum precio cōstituto, ut hinc adueherētur. Decepit auaricia ex nostratis plurimos: ut futurę fami non prospicerēt: iam esse cœperāt mercatores nōnulli principes, & militaris generis homines, ubi gustarunt magni

Truncatur  
capilli.Insignis fuit  
presbyter.Mutat per  
diem uestes.Librū deferebat  
nomen  
clatorem.Detegitur uili  
libro.

Annonę caritas.

Hollādīa sine  
frugib<sup>9</sup>.Principes fuerunt  
mercatores.



precij dulcedinē. Cōpertum est postea in rustica plebe: q̄ nisi e uicinis urbibus alita fuisset, multa millia fame periissent: Ita illi quoq̄ accepto precio fruges dimisere: Docuitq̄ is euentus principes, & omnes urbium rectores, ut talibus in futuris casibus prospiciāt: Nunquā tñ tam graue precium excrescit in occiduis urbibus, q̄diu patent Franciē portus Hollādinis: ubi illi serant: semper hoc malum apud nostros erit in foribus. Nec enim sperari potest, ut cesset auaricia in omni ordine mortaliū: Lucra enim dulcia sunt uniuersis maxime uero mercatorib⁹: quod gen⁹ hominū illis rebus solet excrescere in sublime, dum furtim suo quisq̄ instat questui: Vetus apud Ciceronē de his testimoniū: nihil proficere tales, nisi admodum mentiantur. Is tum rerum euentus de caritate annonę, magna prestitit rerum momenta in urbibus Rostockio, Lubica, ac Hamburgo quę inde exequemur.

CA. XXVI.

Agnus dux Māgnopolensis, insigni princeps, & ingenio & animo, dudū mortuo patre, & maiorib⁹ natu fratrib⁹, rem omnē in ditione gubernabat: auctior titulis q̄ omnes patres ei⁹, q̄ Wandaliā, & Stargardiā principat⁹ non paruos paternę ditioni cōiunxisset. Is ad res quę tum imminebāt agendę, ex omnib⁹ subiēctis per ditionem memoratā triformē, Magnopolim, Wādaliā, & Stargardiā, iussit fieri collectā. Multis enim principū cōuentibus, in superiori Alemania, magnos ille sumptus fecit, Rostockcēses freti, ut ferebant, nōnullis ab olim principum suorū indultis, non tam spontaneas prebuere aures ad cōtributionē: Multę in eam rem literę, plures ibant nunciij: intētatę erant minę nolentibus. Summa erat rerum omnium quę nōdē Rostockcēses, audiri postulantes, & in tractatū cōtrouersias deducere conati peregerunt, ut cōuentum princeps indiceret illis Wismaricę. Aderant euocātes uicinarę urbium cōsulares oratores: Sed quicquid ageretur, hic erat exitus: ut ingenti persoluta pecunia principi suo, se morigeros exhiberēt. Non satis equo fertur princeps tulisse animo, q̄ negocijs quę illi essent, cum suis subditis immisceretur alieni: Tamen, quia rogati uenerant ab amicis, pacis cōponendę erant adiutores. Per quę tempora cum in Prignissā ueteri Wādalarū solo, non deficerent, qui publicis uijs insidiarētur: Iohānes Alberti filius, marchio Brādenburgensis, mādauit Wedegoni de Gantz episcopo Hauerbergensi, ut assumpto Wilhelmo de Poppēheim, milite, quē ueteris Marchię capitaneū ob eas res creauit, curaret ea facta uindicare latrocinia: & ut prospicerent ne in reliquū fierent. Illi assumpsere urbicos eius ditionis, & mouentes in eos, qui culpę dicerētur affines, quindecim eorū māsiones igne, ac ferro, exciderūt: captos, quorū erant facinora iam notoria, gladio feriri iubebant: & magnis institere conatibus, ne quid tale in futurū ageretur: Frustra autē cōtenditur aduersus ferreā naturā. Tum quoq̄, quod in suos fecit Magn⁹ dux Magnopolensis, ut gre emūgeret, fecere, & in Marchia, & in Magdeburgēsi ditione, principes earū partiū: Sed rei incōpta subditis nouitas, indignationem & murmura plurima in subditis excitauit: Nec tñ erat altera uia, nisi ut mandatis principū pareretur. Iam enim talis

Auaricia nō cessat.

Cicero de mercatorib⁹

Magn⁹ dux titulis auct⁹

Ingēs pecunia per ducē petitur.

Motus in latrones.



erat eorū principū potentia, ut sine magno rerū dispēdio cōtraire illis ne-  
mo facile posset. Nam archiepiscop⁹ Ernestus, Ernesti ducis Saxonie fi-  
lius, principis electoris, ipso, suę familie stemate erat formidandus: alioqui  
sepe cōtumacib⁹ Magdeburgētib⁹. Et Iohānes marchio, magnā Franco-  
nie, & Bauarie partem post se trahere uidebatur. XXVII.

Ernestus Ar-  
chieps formi-  
dandus

Er idē tēpus erāt non pauci, qui Lubicēsis male uellēt, milita-  
ris generis homines, ex Magnopoli, Prignissa, & cōterminis re-  
gionibus: q̄ Hartwicus Ritzerow, iam ex ephebis euadens, cœ-  
pit a Lubicētib⁹, suę hereditatis emptorib⁹, quod suū dicebat, uēdicare.  
Fiebāt crebre per illū, & cōplices eius, itinerū direptiones: curruū depre-  
dationes: aliquot etiam cedes hominū immiscebātur. Iam uero facto gre-  
ge, ijdem astipulatores, qui undecūq; querunt latrocinandī occasionē, pe-  
cora Molnēsis opidi abegerūt: Id est enim principiū belli, & nostri eui mi-  
litarib⁹ ualētissimū militie gen⁹, unde reliqua facinora ordiunt. Non pos-  
terat occultū esse unde uenerint, quo de uenerint, qui eā rem peregissent.  
Igit̄ Lubicenses, misso equitatu suo, quendā militarē magni generis, cete-  
rum ignauū hominē, qui ipse iam dudū in iumēto non fuisset, nec regēdo  
sufficeret, apud quem recepti fuissent predatores in urbē duxerunt: ulti-  
mo supplicio hominē destinātes, q̄ receptatores nihilo leui⁹ puniunt le-  
ge, q̄ predones ipsi. Magnus dux a cognatione eius uiri interpellat⁹, se in-  
terposuit: Ea de re cōuentū cum Lubicēsis oportunitis locis habuit: In-  
cusauit eos q̄ in terris suis uim intentassent, nulla facta prius corā se que-  
stione: non illos hoc in suo equanimiter ferre, si quis intentaret: cur quod  
ipsi suam ducerēt iniuriā in alio non uiderēt per iniuriā fieri? Ceterū eum  
esse hominē in quē uim intēdissent, quē omnes scirēt culpe non affinē. Illi  
preferunt, Imperiali se esse cōmunitos indulto, ad eam rem, q̄ cum longe  
in ultimis Imperij finib⁹ uiuere hereāt, nec ab Imperiali brachio possint tam  
facile defendi, suam illis uicē Imperator permisit: ut latrones undecūq;  
persequātur: captum uero, etiam si non se ipse de predationis improbitati  
alias miscuerit, quia tamē receptabat, eodē esse crimine inuolutū: Duri⁹  
princeps reluctat, ostendēs, si quid graui⁹ fiat in captū, se arma correpturū.  
Iam, ut dixim⁹, annonę caritas, famē minitabatur inopibus, & nisi ex Ma-  
gnopoli frugifera terra, prouenisset Lubicēsis annona inedia populus  
laborasset. Nam de Liuania, Prussia, Pomerania, nihil tum importabat,  
cūctis properatibus in Hollādiā: ubi insignis erat frugū caritas & precis-  
um grande: Quo respectu tum quieuerunt Lubicenses, in uinculis tamē su-  
um captiuū tenuerunt.

Fuit crebre  
in Lubicēsis  
depredatiōes

Receptator  
p Lubicēsis  
capitur.

Lubicēsi Im-  
periali indul-  
to munitio.

Dux minas  
tur bellum.

Insignis fru-  
gum caritas

## CA. XXVIII.

Lbertus per id tempus, frater Magni, dux & ipse Magnopolen-  
sis, sed qui principatu Wādalię cōtent⁹, fratres suos de Magnopoli  
curare permisit, cum esset infensus Hamburgēsi capitulo: q̄  
decanus eius ecclesie apostolic⁹ exequutor, quēdā ex militariibus suis, ex  
quadā corā eo principe pendēte causa, excōmunicasset, deq; ea re aliquoti-  
es ad capitulū scripsisset, sed literę in apertū non peruenerūt: Cum se prin-  
ceps perinde cōtemptū reputaret, ad solita principib⁹ in se uindicādis, ar-

Albert⁹ fra-  
ter ducis ex-  
acerbatus.



Præda ex rre  
dijs ecclesiæ  
Håburgēsis.

Lubicēn cō  
ueniūt lo. Sa  
xonig ducē.

Militares in  
tuta se recipi  
unt.

Causę a bel  
lo retrahētes

Fuit treugę

Oritur tur  
mult<sup>9</sup> formi  
dabilis.

Islādiā noua  
prouincia.

Hēricus ep̄s  
Monasteriēn

ma cōuolauit. Expedita suorꝝ ualida manu, cum spontanei facile ad prædam accurrerēt, Prignissę habitatores, per media pacat<sup>9</sup> deducens, mouit in prædia quę essent eiusdem ecclesię Håburgensis: quiescēte ad omnia & cōniūēte, qui tum arcis Tritowe præfectus esset, q̄ excōmunicatione laborasset & ille, ab Håburgensi capitulo. Itaq; omnē prædā ex prædijs ecclesię in pecorib<sup>9</sup>, ueste, pecunia, & omni supellectili cōuectantes, qui longē aduenerāt, in sua reduxerūt: nemine obluctāte, aut se quouis modo cōmouente, q̄ facile omnes paterētur ecclesiā damnificari. Modestus erat, qui non cachinnū damno adiecerit. Sed Albert<sup>9</sup> dux, qui ea procurasset, non diu superfuit: Apud aliū interea iudicem de iusticia responsurus: ne queri quidem passi sunt dānificatos, qui ad eā rem cōniuerūt: Summā ducētes iniuriam, q̄ ecclesia grauissime licet damnificata, suā amicis iniuriā, querendo nudasset. Magno insuper redimere coacta est ecclesia, q̄ querelam intētare, uel cogitasset. Lubicēses tñ, q̄d ad sua de Molne damna pertineret, non dissimulātes, ea de re Iohānem ducē inferioris Saxonig cōueniētes in coetu desuper instituto, q̄ per terram eius uiolēti prædones uenerint & abierint, cū præda: ille se cōsiliū & facti nesciū q̄ sancte asseuerabat: non illis se esse uiribus, ut omnes, omnib<sup>9</sup> uias occludat. Sed tamē militares in terra eius, & uicina Magnopoli, dimissis solitis māsionib<sup>9</sup>, in tuta se receperūt q̄ exemplū eius uererētur, quē iam dudū Lubicēses captū tenerent. Quo tempore Magnus dux, eūdem illū uinctū suū ab Lubicensibus resposcebat: instituto cum illis coetu in uilla Slukup: Cum acriter perurgeret, ut uel uinctum redderēt, uel bellū expectarēt: non se passurū, ut tāta in eum iniuria, impune decurrat: multa plebs sua sponte ab urbe egressa aderat, ut solēt, apriçadi causa per estatem: Sed tñ satis erat intelligere plebis motum, ex ea causa si bellum instaret. Igitur formido eruptionis in suam terrā ducem, & inpendēs fames, Lubicēses perurgebāt, ne quid alterutri intentarēt. Interim in uinculis suis capt<sup>9</sup> pmanebat. Repetite sunt aliquot uicibus super eadē re cōuentiones, inter ducem, & Lubicēses in Wismaria: Cum se medios interponerēt Hamburgēses, & Luneburgenses, ne in apertū bellū, quod multa iam signa prodebāt, res tāta prosiliret: Sed neq; tum rebus cōpositis, in treugis tamē causa permāsit. XXVIII.

Aritas autē annonæ, quam diximus per ea tēpora uiguisse, anno c LXXXIII, in Hamburgo, cum concurrentibus tunc nonnullis alijs causis, terribilē & in omnib<sup>9</sup> bene institutis urbib<sup>9</sup>, formidabilē tumultū exciuit. Pauperies quidē uulgo, tum grauius pensata, & acerbius incensa, stimulauit plebem, ut se cōmoueret: q̄ dicerent populares, caristiā inde auctā, q̄ fruges undiq; coemptę, in Islādiā, nouam tunc mercatorib<sup>9</sup> nostris prouinciā, deueherētur: cum locupletiores in populo magno cōmunitatis incōmodo, intēderent priuatis lucris. Ea fuit prima stimulādi ratio. Accessit altera causa, quę audaciā dabat improbis hominibus, nouas res querētibus: q̄ tum administrator ecclesię Bremēsis, domin<sup>9</sup> Henric<sup>9</sup> de Swartzenborg, episcop<sup>9</sup> Monasteriēsis, quosdā abbates & prelatos alios misit ad reformādū cōuentum monialiū in Heruel hude



scribens Hāburgensi consulatui, ut e suo numero quosdam deputaret: res  
 bus per māfuetudinē, & bonis modis, ad intētū finem perducēdis. Depu-  
 tauit senatus duos ex ordine suo, qui audirent, & referrent. Ventū in mo-  
 nasteriū primo mane: Excurrebat promiscuū uulg<sup>o</sup> plurimū cum cōsula-  
 rib<sup>o</sup>: Ante etiam uenerāt uiri, ac mulieres, patres, matres, germani, fratres,  
 cōsobrini, cognati, & propinqui monialiū. A tumultu insaniētium scemi-  
 narum res inchoatur: Acclamauere tumultuātes quoq; uiri: Incertū quid  
 quisq; loquerēt: Indignatos facile erat intelligere, q̄ de reformatione age-  
 retur. Non erat qui audiret, quid a prelati ad uirgines dicerēt: Orabant  
 illi, ut uiri cōsulares, quietū susterēt populū: nihil proficiūt. Foemine cōui-  
 tijs & cōtumelijs, in turpitudinē prolabentes, insanierūt: Prætenderant  
 cōsulares populo, se esse missos ad audiendū, & referendum senatui: nihil  
 futurum in ea causa, nisi de cōsensu populi & ordinatione senatus. Nihil  
 profuit ea modestia, tumultu semper accrescēte. Redierūt cōsulares in ur-  
 bem, prelati se receperūt in tuta: in curia tñ monasterij manentes: expe-  
 ctantes, si forte increpante dño, ea tempestas cōquiesceret. Retulere missi  
 cōsulares, quid uiderint, quidue audierint de motu populi. Postera die ci-  
 ues, magna cōglobati multitudine, prodierūt indignabūdi, in locum pu-  
 blici cōsiliij, cum clamore uociferātes: non se passuros monasteriū uisitari,  
 aut reformari, per episcopū: hoc ad abbatē in Reyneuelde pertinere: nisi  
 protinus abeāt, qui missi sunt de curia monasterij etiā ante cibū sumptū  
 abacturos, non sine incōmodo: Si aliquot cedantur sacerdotes, non esse  
 rem nouam: mercatores Bergēses, nuper cum milite, maclasse episcopum,  
 non minores illis, si cōmoueātur. Senatus placide respondit, se literis com-  
 monitū ab archiepiscopo, suos ad audiēdum quid gereret deputasse, nihil  
 in omni re intentandum, sine monialiū, ac cognationis eorū consensu: nec  
 dum se comperisse, quod in detrimētum sit monasterij: Si omnino uelint  
 abire prelatos, pe rmittāt illis tēpora: nihil temere agāt: posse omnia meli<sup>o</sup>  
 per modesta cōsilia q̄ per tumultū agi. Interim condiscāt ad quē pertineat  
 uisitatio: Ea cum renūciarentur missis prelati, illi quiete abierūt: Mittūt  
 moniales ad abbatē in Reyneuelde, orantes ueniat, rem esse magni pōde-  
 ris ac preiudicij. Venit ille, & magnis muneribus honorifice excipit. Vbi  
 audit rerū pōdus, & q̄ archiepūs fungeret officio, excussit man<sup>o</sup>, ne se in-  
 uolueret reb<sup>o</sup> supra caput. Tum uero sine honore dimittit: ne impēsis ei<sup>o</sup>  
 psolutis. Ea res, cum a maiorib<sup>o</sup> in urbe ciuib<sup>o</sup> imputaret senatui, audita  
 sunt indignatiū multa murmura, quæ exacuerūt tumultuātes, & audaciā  
 prebebāt popularib<sup>o</sup>: cū etiā maiores cernerēt indignatos intētādē rei in  
 senatū. Hęc erāt semina mali, inde excrescētē audaciā intueamur. XXX.

Vm ea quotidie non modo in plebe: sed iam etiam in populo ia-  
 cētarentur: q̄ se etiā maiores immiscerēt uulgo, & magis, atq; ma-  
 gis semper augescerēt indignationū murmura: inuentus est ho-  
 mo factiosus, qui in magno ciuiū cōuentu, facto per manum silētio, dice-  
 ret: Audite & intendite quomodo miseri ciues premimur: Nos fame tor-  
 quemur, & hesternā die magna uis boum Albim traiecit, cum innumeris

Senat<sup>o</sup> ex stū  
 is duos de  
 putat.

Foemine ad  
 conuitia.

Deputati re-  
 ferūt populū  
 tumultum.

Mercatores  
 ep̄m maclā-  
 runt. ●

Visitor ali-  
 ter recipitur  
 q̄ dimittit.

Fit silentiū  
 manu p̄ fa-  
 ctiosum.



suius: nisi in tempore prospiciamus, in extremā calamitatē deuoluimur. Insimulare uolebat senatū, acceptis munerib⁹ ea dissimulare, quę famem augeant. Idē homo nauis magistrū, cum de more testimoniales per mare literas iret deposcere, protin⁹ auertit: Quid, inquit, perdis pecuniā scribas ditans? senat⁹ Hāburgensis literę, quid apud exteros habēt momētī? Idem in omni ciuium cōuentu increpabat, incusabatq; publicū urbis cōcilium, de nulla prouisione: nihil eos nisi sua curare cōmoda, priuata sectari lucra, de cōmunitatis cōmodo neminē cogitare: Ausus quoq; in cōspectu unī ex procōsulibus, in publico pisciū foro, conciuē increpare, q; coniuētia senat⁹, ipse fruges exportaret: ut in calamitatē famis omnes descēderēt. His de rebus ille cōuentus apud senatū secreto, non negauit: sed aliorum detorsit interpretās. Iam enim sciebatur, q̄ esset homo ille in excitanda multitudine perniciosus. Nam increpatus aliquñ, q; uerbis non parceret, fertur libera uoce respondisse: Scire se omniū rerum facilē exitum, insinuans factionem, & cōiurationē, quā haberet cum participib⁹. Ea de re iussus est q̄ secreto, minimoq; ciuiū tumultu deprehendī, & in carcerē trudi in uigilia dominicę ascensionis, cum populus in diuinis ageret. Iam dudum ante cum intelli geret senatus, ob annonę caritatē, quę non ibi modo sed in omni circū prouincia grassaretur, esse plebis indignationē grauissimā, de nauigatione nostratū in Islandiā, q; eo multi fruges & farra deueherētur: euocatis in pretoriū ciuib⁹ proposuit, quid ea de re fieri perplaceret: Senatū in equo cōstituere, ipsi in medium cōsulerent, quid publicis mercaturę usib⁹ expediret: interloquuti ciues respōderāt: in omni undiq; emporio flaccescere mercaturā, iacere mercatorū negotia: in Anglia, Flandria, Hollādia: Si Islandia interdicator nauigantib⁹, uix superesse locū, unde panem conquirāt nauigātes: facile nauigationē ex Albi deperire, uacuum nauib⁹ Albim de proximo fore, usum mercādi penit⁹ interire. Igitur placere ciuib⁹ respōdēt: ut durante annonę caritate, temperamentū euendendis frugibus adhibeatur: Ceterū ubi fertilia tēpora proueniūt, cur non etiam mercaturę usibus inseruiatur, in ea prouincia? Hoc ciuiū placito cōstitui, sub maximis pœnis: ut nemo exportare fruges contendat. Id cum esset constitutū, & si serio impleret, non cessauere tñ uulgi murmura: facta, & infecta uulgabāt: negotiū perambulare in tenebris: palam simulari obseruatiā cōstituit: clam uero noctib⁹ fruges magno pōdere exportari: Semel enim motū hoc pelag⁹, non erat facile redigere ad quietem q; uēter fame pressus urgeret: nec quiescerēt maligni, quib⁹ quęst⁹ uidebat uberrim⁹, in rerū nouitate. Erāt qui ambitione cōtenderēt ad gubernacula: alij in sua lucra respexere. Creditū est ab his, qui oculatiores essent, nōnullos esse cōscios nouorū cōsiliorū, qui id nollēt resciri. XXXI.

Vm igitur esset in carcere princeps tumultuationis, Hēric⁹ vam  
 c. Lo semel enim hoc mōstrū est nominādum) cōgregant factiosi  
 cōiurationis participes: & inito cōcilio, mox per eandē diem carcere laxare cōstituunt primipilariū suum: Et quia procōsulum unus cum consulari, quod sciebatur, erat exiturus, tracto secum famulatio equitum

Temeritas  
 unius ex cō  
 iuratis.

Temerarius  
 deprehenditur

Islandię nauigatio  
 utilis uisa.

Statutū de  
 nō exportan  
 dis frugib⁹.

Hēric⁹ vam  
 Lo princeps  
 cumultus.



publico militantiū stipendio, distulere quousq; equestris abisset familia. Ad horā primā post meridiē cōuenere, procōsulē seniorē per id tēpus domi requiretes: quo non inuēto, ad aliorū cum clamore cōtēdūt domicilia. In ipso ad ecclesiā itinere reperere ex tribus, qui urbi præsuerē, tertiū pcon- sulū: tumultuose circūstūt, euntē clamorose deducūt, postulātes uinctū suū relaxari. Ad limina cōemiterij offendūt aliū ex procōsulib<sup>9</sup>, uirū etate grandeuū, & morib<sup>9</sup> non insuauē. Iam satis habuere duob<sup>9</sup> inuētis: Ducunt inuitos ad turrim, in qua captus teneret. Præpositus, & decanus Hā- burgenſis ecclesię ubi audiuerē procōsulū casus, sperauere, q̄ cōcitatū po- pulū miti placaret alloquio: sed ne uerbo locus erat. Ita excipiunt uenien- tes, ut summis uix nisibus proximas in eſdes euaderēt: alioqui male haben- di. Iunior ex duob<sup>9</sup>, qui deducebant p̄cōsulib<sup>9</sup>, insigni in caput uerbere ictus est: cruorē frōte detergere non sinit. Igit̄ carcere per uim adaperto, uinctū suū extrahūt: senē illū procōsulē sinūt itinere suo quo uellet abire: iuniorē iam cruentū, adigūt, ut a dextris euntē deducat per mediā urbem carcere solutū in domū eius: ibi iterū, iterūq; dare manū, uelut honoratio- ri cōpellit. Ereptus carcere cōuersus in populū, gratias agit, procōsul moe- stus abit. Nec cessabāt cōiurati (id enim resciebat) cōuenire in forū supu- lorū, in tabernariā cellā coctorū, tota die euocationi suorū intendentes, ut q̄ multi formidabiles haberent: Dato signo tumultuationis per campanā de turri, quod uel solū terrificū fuit in earū rerū statu. Tum senior ille pro- consul, q̄ comperisset se non penitus a tumultuātibus contemni, misit ora- tum ad illos quendam ex familia, ab armis & cōcursu discedant: senatum proxima Veneris die conuēturū, cōstituturūq; cum eis quod ex equo bo- noq; sit. Nunciūm reiecerūt, ne audire dignati: adiicientes, proconsulem ipsum si quid a ciuibus deposceret, nō indigne ciues quæsiturū, ut ad illos prodeat. Venit uir bonus, uiribus defectus, & impetrauit ut discederent: Pauci inerant in ea multitudine ciues nominati: ex uulgo promiscuo, & omni infimę plebis colluue ea tum fuit multitudo: Crediderim natos nō prodijſſe sub oculos.

## CA. XXXII.

On grauabere lector, si loquacius rem explicuero, nostra ætate exantlatam, in commonitionē omnium bene institutarū urbium, ut diligenter prospiciāt, qui rebus præſunt, popularem tumultū. Die Veneris, ut uoluerē factiosi, in ecclesiā diui Nicolai conuenit frequēs senatus in chorū, & ciuium magna multitudo in ecclesiam: Ibi princeps factiōnis, adiunctis nonnullis ex ciuibus, uenit in mediū senatus, articulos aliquot de ciuium uoluntate enunciāns, quibus decretum interponi uolu- ere, ut in reliquū pro legibus obseruentur: & in fine lectionis omniū, sub- lata uoce rogat, Itane iubeant ciues? Qui propius astitere, assensū sunt: qui longe stabant, cum audirent proximorum assensum, & ipsi acclamauerēt: quibus quid esset ignorarent, quod proponeret. Postulauit senatus, ut qm̄ multa essent capita, scripto ederentur: quod & factum est. Ridicula multa inferuere. Consulares interim oratores, qui aberant in conuentū cetera- rum urbium Lubicę, cum quid ageretur intelligerent, ad reditum non fe-

Q. iij

Factiosi pe-  
tunt uinctū  
relaxari.Procōsul ex-  
cipit uultus  
in capite.Signum tu-  
multuatio-  
nis p̄ campanāSuperbū re-  
sponsum.Obuiādū po-  
pulari tu-  
multui.Ridicula cō-  
pitula a ple-  
be sanciri pe-  
tuntur.



Plebs Habur  
gen̄ portas  
custodit.

Campanę pul  
sus sub pœ  
na pecunias  
ria.

Factiosi que  
fiere alienas  
opes.

Ad festū. S.  
Iohānes pu  
blica statio.

Vir malign⁹  
fingit mēda  
cium.

Mal⁹ homo  
conuincitur  
de mēdatio.

stinuere: Nec poterant absentibus illis constitui, que a ciuibus suggererentur. Igitur reuocati a senatu, redierunt in urbē: cum ceteris interloquuti, quod necesse fuit, tempori seruiērūt: publicantes in uigilia Pentecostes que constituissent. Nec tñ quieuerē factiosi: Iam enim a tēpore primi tumultus, a uigilia Dñicæ Ascensionis, portarū sibi desumpsere claustra: q̄ diffiderēt senatui, formidātes, ne deforis aduentarēt, qui illis opponerent: Nocturnas egere uigilias, aucti numero supra solitū: suo arbitratu cōstituentes, ut armati etiā uigiles excubarēt, aduersus omnē uim quā somnabant. Capita placitorū iam enunciata, pro arbitrio uariabant: uolentes ut campanę pulsum ad concursum, non ultimo supplicio, ut erat constitutū, sed decem marcarū mēta plecteretur: Et quod de cōventionibus prohibendis erat institutū, antiquari, & cancellari postularūt. Hic se uulgo opposuere ciues maturi: sed tñ & ipsi rem cōtemperarūt, cedentes maiori turbe, que erat cunctis formidabilis, quo seuientem in plebe tempestatē redita serenitate placarent.

CA. XXXIII.

Ecdum habuere, quod querebant, factiosi, rerū omniū gubernacula, extorta manib⁹ cōsulariū: administrationē reipublicę, opes alienas: ea enim ab illis querebant: Præuiderāt ad ea se non peruenturos, q̄ diu superessent qui obsisterēt: Cōstituerūt magnā publici cōcilij partē cū optimatib⁹ inter ciues, de medio tollere: idq̄ in eū uesperū, cū de more senatus circa festū Iohānis, cum potiori ciuiū locupletiorē, & honoratiorū parte, publica statione consuessent cōuenire: Idq̄ consiliū ut tenerent, alia constituere nouitate palliare, ne sine causa tunc in armis esse uiderent. Erat in plebe qui cōfingeret, de Lubica ex fratre, qui inter equestres senatui militaret, accepisse se literas, eum proconsulē, qui cum contumelijs & uerberibus illatis abisset, interloquutū cum Lubicēsis & amicis ceteris, cōstituisse diui Iohānis solennitatē cum Hamburgensibus agere: qua ex re intelligi uoluit, uenturum cum ualida armatorum manu, ad uindictandā iniuriam: quo nemo miraret, si facto in eam diē concursu, armarētur. Eum rumorē uir malignus dispersit in populū. Audiuerē ciues boni, & rem procōsulibus non contegendā putauerūt: nec negligēdas technas, que instruerent: Hortati sunt illū ipsum disseminatorē, ut ipse proconsulibus deferret: uiri boni functus officio. Ille ait: Iam se illorū uni rem detexisse: respōdisse proconsulē, rem iam esse in senatu cognitā: iam literas exisse super ea re ad senatum Lubicensem, quæ nouū institutum remorentur. Ea res cum per ciues bonos illi proconsuli, quem improbus factor nominasset, detegeretur, nec ille uerbum ullū sibi factum diceret: iussit frequenti senatui adesse uerbi disseminatorē. Rogat ille proconsul, si unq̄ ea de re uerbū cum illo habuisset: fatetur non habuisse: Cum cetera perquirerent, ubi essent ad se de Lubica missę literę: dixit esse laceratas. Iam uno de mendaciō conuictus, fidem sibi derogabat: Iterum si legere nossent, interrogatur: filium suum legisse contendit: Iam erat compertum, ne illum quidem literas nosse. In summa compertum est, eum hominem contextuisse fabulam: lubetur senatus & ciuium consensu recipi in carcerem: satis



indignantibus factiosis: sed propter consensum ceterorū ciuium tum qui  
euerē: habituros se fidebant per aliam uiam occasionem, qua & illum care  
ceri eximerent, & quod uoluere, perficerent. CA. XXXIII.

Etulere tumultuantes iterum ciues ad senatum, onerari in Stora  
flumine grandes quatuor cum frugibus naues, quę & ibi, & per  
Albis fluuij ripas onerandę, in occiduas essent partes nauigatu  
rę: obtinere a uolente senatu, ut acceptis nauigijs quę publicę utilitati  
inferuient, armaturis, & cōmeatibus implerent, facerentq; quod ex re il  
lorum esse uideretur. Illi mox complent armato milite, & enauigāt: Vna  
ex omnib<sup>9</sup> inuēta est nauis, non magna, frugibus onusta, quę de Wesera  
ui uentorū appulsa, staret ad anchorā: erat tñ magister ille nauis, ciuis Hā  
burgensis, preferens solitas dari ciuibus, literas: eas cum illi ademissent li  
teras, improbi ciues mox extulerūt in publicū, preferentes plēbi: Esse lite  
ras ad euectionē frugum permissiuas, in præiudiciū populi famę laboran  
tis: ut conuincerēt senatus cōtra placita conuēta fecisse. Id cum in foro ue  
natum pisciū piscator factiosus magnis buccinis cōcreparet in publicum,  
interrogatus a bonis uiris, si legere nosset, ut uideret quid sit scriptum. Ille  
negauit se nosse: sed literas quas tenebat, mox ostendit: Videbant omnes  
qui rem intelligerent, esse literas in solita forma dari consuetas, ut pro ci  
ue agnosceretur ab amicis. Euocati in prætorium ciues, rogantur, quid de  
aduecta nauī cum frugibus fieri placeat: Vt in ipso loco capaciōri ciues  
liberius interloquerentur, cessit senatus de more in cameram: Tum ue  
ro tumultuantes de plēbe, qui foris starent exclusi, uolebant ui irrumpere  
in prætoriū: ui prohibiti ab his qui inerant ciuibus, tum quieuerē: in tem  
pus aliud differentes, quod constituerunt. Senatus rediit in subsellia. Pla  
cuit utrinq; aduocare piscatorem, qui literas a senatu, magistro nauis da  
tas, & deinde mercatorum missiuas de nauī, teneret. Vocatus uenit: asse  
rens literas sibi in eam formam a conciuibus demandatas, ut si eas consu  
latui traderet, in fluuium exturbarent: non parentem iussioni. Ciues boni  
qui aderāt, interloquuti, ad causam retulerūt, placere: idq; æquum uideri,  
si magister nauis iureiurando doceret, non se ad Albim fruges collegisse,  
iret quo uellet. Quo præstito, iusserunt illi reddi literas, ituro quo uellet.  
Idq; ita ex ordine ciuiū, non senatus cōstituto, factū est. XXXV.

Enerat interea dies ad cædē constituta: sed ita prouisa sunt ab se  
u natu, & bonis ciuibus omnia, ne quis se audeat commouere. Po  
stera die per casum in loco fabricandarum nauium in casellis or  
tum incendium, de negligentia familię: tum magnis clamoribus factiosi  
efferūt in publicum, non fuisse uanum timorem, nec fictam fabulā, quod  
de Lubica uinctus ille nunciasset: non sine dolo locupletiorum esse ortum  
incendium in casellis pauperum: uenturum aliquādo diem, ut eorum do  
mus incense perquirantur. Sed cum die undecima mensis Iulij, senatus ha  
beretur, & adessent cognati eius proconsulis qui foris agebat: magno im  
pulsu ductor factionis semel nominatus, cum paucis rerum conscijs, sed  
magna multitudine gregarię plēbis, quę quid ageretur ignoraret, adue  
Q iij

Factiosi refe  
rūt mēdaciū  
ad senatum.

Cōcitāt plē  
bē p mēdaciū

Plēbs tentat  
irrūpere in  
prætoriū.

Dies ad cædē  
senat<sup>9</sup> consti  
tuta.

Proconsul in  
exilio.



Senatus mode-  
ste imodesto  
respondet.

Interpellatus  
mansuete res-  
pondit tu-  
multuose.

Carceris cu-  
stos cogitur  
carceratū la-  
zare.

Colloquia  
cū artisanis  
fieri solita.

nit: præferebat scriptos multos de suo sensu articulos, quos deposcere  
omnis ciuium cōmunitas in obseruantia admitti: Erant comprehensa, que  
Flandriam, Hollandiam, Phrisiam, contingerent, de quibus constitui ni-  
hil tanq̄ de alieno poterat: Senatus tamen per modestia respondit immo-  
deste poscenti: de cunctis honestis, & quæ suæ essent potestatis, pro uiris  
bus acturum senatum. Sed tumultuantes nulla re exaturadi, inter alia po-  
stularunt, ut uir bonus, & grauis ciuis, qui communitati conuicia dixisse  
accusaretur, euocaretur ad respondendum querulātib; de iusticia. Euo-  
catur ille ad proximū diem, publica fide interposita: Veniētem nemo in-  
cusauit: Cum uero clausis prætorij foribus senatus interloqueretur, audit  
clamor foris tumultuantium, euocato reo minitantium. Illico laxantur fores  
& ascēdit cum cæteris reus euocatus, uir honestus: cui a senatu dicit: quia  
nemo illum accusauerit, senatum ad partem loquuturū cum his, qui illum  
expetierūt: ut intelligat, quid ex illo deposcant. Aderat ductor factionis,  
qui interpellatus mansuete, respondit tumultuose: Deposcere cōmunita-  
tem, ut accusandus ille prodeat in cōspectum multitudinis, & totius cōm-  
munitatis, in forum lupulorum, aut in ecclesiam diui Nicolai: non nimis  
humiliatū, si, ut ante, senatus dignatur ciuib; occurrere: ille quoq; prode-  
at in cōspectum ciuium: non esse magnū homini priuato, si id agat, quod  
fecere publici concilij participes. Postulanti dat benigne responsum: non  
posse modo ea de re constitui: alioqui non quieturam cōmunitatem. Sed  
tum soluto concilio disceditur. Proxima die Mercurij principes coniura-  
tionis circumstunt duos ex proconsulibus, abeuntes a senatu, friuole de-  
poscentes, ut ciuis nuper inclusus carceri, laxet. Illi præferūt, qd ad se per-  
tinet, sponte permissuros: Sed quid responderent ciuib; quorum sit uo-  
luntate carceratus: non esse paucorū dissoluere, quem multi colligassent.  
Tum dimissis procōsulibus, forte uident carcerarium: Illum ui cogunt la-  
zare uinctum. Quid faceret miser? eduxit uinctū de camera, ut ad focum  
esset. Post meridiem, factiosi cœgerunt iudices a concilio deputatos, ut  
uenientes laxent uinctum: necdum enim leges conualuerunt aduersus ar-  
ma. Senatus tamen placide egit cum factionis ductore, ut proximam di-  
em Veneris demoraretur: tum in prætorium conuenturi, cum ciuib; omnia  
ex sententia transigerent. Id tamen inuiti permisere nōnulli factionis par-  
ticipes: asserentes, & cum clamore testantes, nullam sibi in loco consti-  
tutam esse salutem: tumultum & arma uoluere, non pacem cum legibus.  
Is tum fuit insignis Hāburgi status: ut plus possent temerarij factiosi mi-  
nis, q̄ senatus iure & legibus. CA. XXXVI.

Roxima die iussit senatus uiros consulares, qui consuessent, cum  
p artisanis, matutina, ut uocant, celebrare colloquia: euocare queq;  
suos, & cum illis agere: ut, quoniam proxima die agendum esset  
cum tota ciuium communitate, de communi omnium, ut bisq; & reipubli-  
cæ profectu, adesse ipsi quoq; in prætorio non grauarentur, familia domi-  
relicta: ut cum ciuib; alioqui magna multitudine acturis, neq; numero,  
neq; clamore, familia fieret impedimēto tractatibus: ut per tranquillitatē



ex publico cōmodo constituant omnia. Illi bene pollicētur, fecerūtq; qd monebātur: Aderat dies cōstituta, & iam senat<sup>9</sup> clam emissis per omnem urbem scrutatorib<sup>9</sup>, explorari iussit, quid agerēt: si qua conuētio, si quid armorū esset: & nihil intelligentes, prodire in locū consilij publici. Aderāt euocati ciues inclusi cum senatu in prętorio. Iam agere cōperāt super rebus controuersiarū: & ecce foris murmur exoritur. Venerat faber nauticus, cum suo comitatu: Accurrerat promiscuum sine nomine uulgus: & cum prętoriū clausum cerneret ille primipilarius, conuersus in suos: oportet inquit, nos interesse consilijs cōmunitatis, uultis ne sequi preeuntē: Illis annuētibus, ui domū irrupit, & pressuram facto cuneo agēs, ui introibat. Ex aduerso ciues, qui erāt in prętorio numerosi, facto & ipsi globo, se illi opposuere, reprimentes uiolentos: Itaq; extrusus ille & exclusus est cum grege suo: Renouabat uim iterum, pandens ostia, & iam maiore facto impetu, peruenit in medias eedes: Sed ciues qui inerāt, iterum & illi facto globo hominem cum suis expulerūt, retruserūtq;. Abeuntem cum suo grege, cum fremeret, frenderetq;, nec iam satis haberet quod ageret: Constituit autē facto de turri signo cōmunitatem aduocare, foribus obseratis de singulari prouidentia, ibi est elusus, frustratusq;. Tum quo se uerteret, aut quid ageret, non satis inuenit: Nam ductor suus, cum ceteris ciuib<sup>9</sup> erat in cōspectu senatus. Sequuti sunt hunc uiolentū multi ciues, ut uiderent, quid arriperet. Visum est uniuersis ex re esse, ut qm uim exercerēt conspiciatores, aduersum eam se tueri, ut prodiret senatus cum ciuib<sup>9</sup>, in forū lupulorū: ibi cōstiparent latera senat<sup>9</sup> omnes boni: ut uiderēt qui essent tumultuantes. Cōplacuit etiā missis ad eam rem duobus cōsularib<sup>9</sup>, fabrū illum nauticū teneri: idq; cōfestim factū est. Pertrahit in ecclesiā diui Nicolai, & inde in sacristiā: Cōmendatur ibi procōsulī, uiro per etatē decrepito, qui tumultui adesse non poterat, adhiberet familiam cum ciuib<sup>9</sup>, ne qua uis fiat. Interea ali<sup>9</sup> quidā ex factiosis uisus est abire cōcito, ut signum campanę daret e turri diui Petri: Ipse anhelit<sup>9</sup>, & uultus trepidātis, prodit hominē. Boni uiri medio itinere agnoscētes esse ex primoribus tumultuātium, ut qui flagraret in malū, cum cernerēt festinantē facile cognouere, nihil illum in animo uersare moderatū: Itaq; tentū seruauere cum consorte: lūxereq; primariū cōiurationis uirū, ut tres sub custodia haberent ad senatus beneplacitum.

## CA. XXXVII.

Onuenit frequens senat<sup>9</sup> in forum memoratū. Aderant boni ciues & mercatores magno numero, parati, si opus esset aduersus cōiuratos cōfligere: Nōnulli male sibi conscij, fugā inierūt, cum uiderent sua cōsilia non procedere. Erant non pauci ex his, qui naualibus cōserendis operantur fabri ferrarij, & multa colluuiēs hominū, qui bipennis, & palis armati, magistrū suum, si possent, eripere uenerant. Vbi audierunt custoditū, & tantam esse ciuium cum senatu consensum, euanescent dissipati. Interim senat<sup>9</sup> cōgregatis in foro ciuib<sup>9</sup>, rogat, quid de his fieri placeat, qui aduersus placita cōuenta deprehensi sunt in nouo tumultu, & de profugis, & eorū complicib<sup>9</sup>: Responderunt ciues, de uiolētis in

Exoritur tu  
multus.Faber nauis  
cus irrupit.Fit nou<sup>9</sup> im  
petus.Senat<sup>9</sup> & ci  
ues in forūTres ex cōiur  
ratis detinentAliqui cōiur  
ratorū fugā  
ineunt.Senat<sup>9</sup> cum  
ciuib<sup>9</sup> cōsul  
tat.



Versa petenti  
bus indulget

Duo ex con-  
iuratis gla-  
dio ceduntur

Cōcordata  
describuntur  
in tabulis.

Dux multa  
millia perit  
a Lubicensib<sup>9</sup>

Prage fit no-  
uus motus  
p<sup>r</sup> Hussitas.

Nil magnū  
ex familia re-  
gū Polonię.

legē cōmittētib<sup>9</sup> iusticiā fieri, & de profugis p<sup>r</sup>scriptionē. Cæterū, quia primipilarius ductor, cum ceteris bonis ciuib<sup>9</sup> in pretorio fuisset, in cōspectu publici cōsiliij, nec uim intulisset, si iterato sacramēto ueniā posceret non esse negandā: Idem de multis alijs, qui forte cōiurationis conscij, ueniam postularēt. Venit in cōspectum ductor, cum aliquātis cōplicib<sup>9</sup>, & renouato sacramento per singulos, dimittuntur. Ceterū is ciuis, quē nuper uiolenti tulissent de carcere, iterū carceri redderet, passurus quod iusticia mōstraret. Ilico senat<sup>9</sup> repetit pretoriū, iam uictor tumultuatiū. Iudices cōsident pro tribunali: accusantur duo factionis principes deprehensi, & cōuicti de manifesto crimine, ultimo supplicio adiudicantur, gladio ferendi: Producti in eadē carceris, si ex more Christiano purgare uelint cōscientiam, permissum spaciū: Inde in uicinum forum producti (montē uocant) astante senatu cum ciuib<sup>9</sup>, ultore gladio puniunt: Proscripti sunt ilico, qui profugerunt ceteri: Alij eius factionis conscij, intra domos suas includunt: cum quib<sup>9</sup> & ille primarius ductor, publicū uitare iubentur, usq<sup>ue</sup> in tempus impetratę uenię. Postera die frequens cum ciuib<sup>9</sup> senatus conuenit, super omnibus, quę pridem placuissent: Eaę descripta in tabulis, publice appēduntur in oculis omniū: quę qualia sunt, etiam hodie uideri potest. Adiecit senatus, si quis aliquid pro cōmuni quiete, salute, incolumitate reipublicę salubri<sup>9</sup> nouerit, his usurum senatū, cum ciuib<sup>9</sup>, & utrorūq<sup>ue</sup> liberis. Hac re cōstituta, quieuit turbo uehemētissim<sup>9</sup>, restinctūq<sup>ue</sup> est incendiu<sup>9</sup> urbis maximū, duorū hominū cruore. XXXVIII.

Vx interim Magnopolensis Magnus, causam suā in Lubicenses d<sup>ix</sup> quiescere non sinebat, de capto militari uiro, quem tulerāt in urbem ex sua ditione. Cōuenerant iterum ea de re acturi in Fredenburg: Aderant pontifices, milites, urbici, qui ad pacem multa cum partibus egerunt: sed non tum cōuenit inter eas: alio deinde indicto cōuentu in Wismaria. Cum multa millia dux deposceret, ad cōpensandā, quam irrogassent iniuriā, & Lubicenses, obtēderent Imperialē uicariatū, & multa incassum essent attentata: In eam formā exierunt placita: ut captus ipse facta Lubicensib<sup>9</sup> securitate, cum amicis, & fideiussoribus interpositis dimitteretur: omni antiquata iniuria res in planum redierūt. Venit cōiunx eius Lubicā, & currui impositū reuexerat maritū in domū: Efferbuerunt motus populares, ut iam frigidiores sinerent ciues, quod ante noluerunt. Quo tempore, in Bohemia urbe Praga, recruduit uetus illa hæreticorum ferocia, ita, ut impetu facto in catholicos cōciues, maxima multitudo opprimeretur: Pulsi denuo religiosi: excisa iterū, uix bene restaurata monasteria. Rex uelut idolū sine uita, ista intuet, nec se cōmouet: Impune usq<sup>ue</sup> hodie ea transierūt in regno latrocinia. Vellem maiorē in modum liceret efferre uirtutē Polonorum: sed usq<sup>ue</sup> in hodiernū nihil magnū, ex ista p<sup>r</sup>micuit it familia. Tum uero in Anglia mortuo rege Eduardo, qui Henricū VI. & uicit, & in carcere extinxit, Duobus ille paruulis relictis in spem regni neutrum meruit habere successorē: Nam frater eius Richardus, cum paruulos curasset e uita sustolli, coronā arripuit, & in trienniū tenuit, donec



cum uita amitteret: uictus in prelio ab Hērico. VII. rege moderno. Longa tragœdia, & cognitu dignissima, de Henrico. VI. cuius iste rex septimus trahit sanguinē, natus uterino fratre eiusdē sexti: quomodo Eduardus dux Eboraci, Henricū uicerit, uinixerit, extinxerit, germanū fratrem Thomā, dānatū in iudicio perlamēti, uino demersum, oppresserit: ipse fugatus, quomodo redierit: & longe post, quidam sub nomine filij eius, bellum concitauerit, in quo captus perijt: Ea uero, quia aliena sunt nostris institutis preterimus.

## CA. XXXVIII.

Rāt per hęc tempora uiri boni ecclesiastici in consilio ducis Magnopolēsis dñi Magni, qui optimo zelo propagādi diuini cultus, suggererēt magnificentię eius, optimū factū esse, si in opido illustri Rostockio, ubi publicū floreret gymnasiū, ad æternam sui, suorumq; memoriā, ad stabilimētum sublimis academię de parrochiali sancti Iacobi, curaret fieri collegiatā ecclesiā, in qua diebus ac noctib⁹ diuine laudes perennarentur, & apud quā magistri & doctores, postea q̄ esset pertesum laboris in doctrina, se collocarent ad quietē, qui nunc expletis marsupijs, dispergunt in omnē terrā, abductis secum, quę diuturno labore conquississent. Placuit res principi: Efferuescit in re, quam diuin⁹ cultus, & splendor religionis, omnibus facit esse cōmendabilem: Profectus Rostockium, rem detegit magistris ac doctorib⁹: Aguntur gratię illustri magnificentię eius. Sed tñ admonetur curare, ne dum benefacere satagit, res in deteriores exitus prolabatur: Perpēsus est tum exitus, qui postea se ostēdit: Ille hoc sibi curę semper fore respōdit. Cōtulit princeps ad partē cum nōnullis ex p̄consulib⁹ eandē rem, & animi p̄pensionē detegēs: Nemo potuit principis institutū improbare: Rem esse salutarē, & bonam, fatent, si suo modo, sine turba possit expleri, Interim uarij (ut fit) sermones alternāt super ea re, in comessationib⁹, & cōuentib⁹ multorū utriusq; ordinis: cum nōnulli, qui magni uiderent, imprudētī, pertinaciūq; respōderent laicis ea de re loquētib⁹, siue nolētib⁹, siue uolētib⁹, eque rem processurā. Id uerbum amarū multi secū uersant, & iacto in uulg⁹ sermone plebē faciūt ardetē insanire: ut omnes se protin⁹ firmēt morituros, priusq̄ hoc induāt iugum seruitutis: ut patiātur ecclesiasticos in sua urbe lati⁹ dominari: Tum sibi quisq; fingit p̄uentura inde urbi grauamina: Sōnia canūt, & enūciāt pro ueris, ardentēq; animos inflāmant: Ea prima malorū semina: Docendus est enim populus non exasperāndus: Facile enim ueteri odio, noua cōcrescūt irarū incrementa. Precesserāt causę alię, quę animos principis a ciuib⁹, urborū auerterāt a principe: ut cumulatīs reb⁹, hoc semper interpretarent ciues, libertati suę insidiatū iri: Hoc solū conari principes, ut in eternam seruitutē pertrahant: Id, ut suspitione colligerēt, effecere priores, quę inciderant perturbationes.

## CA. XL.

Xactę nuper pecunię, preter cōsuetudinem, nouo oneri, accessit littoralis causa naufragiorū, q̄ appulsę nuper littori merces naufragę, a prefectis locorū, uelut bona uacātia sumerētur, & in loca principum deueherent, publicis usibus applicādę. Ea de re cum litteris &

Rex Anglię  
fratrē uino  
demergit.

Tractat⁹ de  
erigēda colle  
giata Rostoc  
kij.

Princeps af  
fentit.

Irritatur uul  
gus p̄ uerba

Populus do  
cēd⁹ nō exa  
sperandus.

Merces nau  
fragę per pre  
fectos princi  
pis occupāt.



Sacrum Imperatoris verbum.

Prædones feruntur gladio

Cōseruntur in tenebris manus.

Rostockcens. imponit præuaricatio sacramenti.

Arx Dunemunde capit

Arx principalis in Wende

nuncijs quæreretur urbium cōsilia, reposcetes miserorum res naufragas, quas nulla lex sinit in commissum aut fiscum recidere, immo sine discrimine reddi iubent suis dominis. Quid, inquit Imperator, iuris habet fiscus noster in calamitate aliena? Princeps non magnopere refragatur, quibusdā ante per mutua colloquia purificatis. Interim Rostockcenses præfectum arcis Zuaen, uirum militare, cum famulo, uelut publicos prædones, in dñio principis captos, in suā trahunt urbem, publicoq; iudicio cōdemnatos, gladio feriunt: Ea res principem uehementer exasperauit, quod in obsequio suo, in terris suis, uim illā fugintulissent familie: Prædones enim non censerent, nisi, qui sua temeritate inuadunt aliena. Qui uero principis parent imperio non de suo facto culpā incidunt, quod habent parere necesse, sed de superioris præcepto. Agglutinatur indignationi indignatio. Erat aliquando in familia principis, iuuenis acer, qui captiuum hominem manibus ducis abstraxisset noctibus, cum eo inambulans: Eam rem, cum grauer dux ferret, ut debuit, in patrem eius iuuenis permisit, ut eius familia quicquid ulcisceret: Erat is satis pro captu locuples, non longe ab urbe Rostockio, in finibus suburbiorum demoratus. Innotuit utriusque Rostockcensibus, uenturos noctu ex ducis familia armatos, qui curiam illam expilaret: Id impedire conati, equestrem familiam emisere. Occurrunt inuicem per tenebras, priusquam nossent, non longe ab ea rurali curia: Ibi, ut in tenebris contulere manus, & incerto euentu, & prælii, & noctis, de familia ducis prosternitur uir militaris, duci charus, quem ipsi etiam Rostockcenses extulerunt præcipuis laudibus: De aduersa quoque cohorte uicissim, cadit unus ab suo grege dissipatus. Ducales, ubi uident cecidisse præcipuum uirum, abstinere congressu, nec Rostockcenses acerbè insequuntur: Eam quoque rem inter acerba dux collocauit, quod suos, hostem in sua ditione regredes, impedierint, unum e suis, primarium uirum oppresserint, hostes suos defenderint: hostes perinde factos, & sacramentorum, quibus suis dominis astringeretur, transgressores. Interdixit ex omni sua ditione, in eam urbem frugum, & rerum omnium aduectionem, & capitis denuncians periculum, uoluit in suo pro hostibus haberi. Tum de prædijs quoque cepit agere ciuium, que fuerint olim feuda: & quoniam illis non essent feudi iure permessa, cecidisse illa uolebat in commissum. Illi prætendunt, feudum esse uoluntate priorum principum legitime extinctum: præferunt literas: princeps non attendit: Ita cumulatis undique turbationum causis, res futuri collegij, amaris initijs sunt auspicatæ. XLI.

Er ea tempora, in Liuonia durate bello: quod ordo fratrum Teutoniarum susceperat in ecclesia, ciuitas Rigensis pro ecclesia, ut debuit, decertans, arcem Dunemunde longa oppugnatione, in suam redegit potestatem. Fratres autem ordinis, de suo magistro non bene sentientes destituunt. Cōuenere ex constituto cōmēdatores in opidum Wendem, in quo est arx præcipua magistri & sedes principalis: sed, ut cōsueuere, arcem ueniētes non cōscēderāt. Ingressi uero domum priuatam, cōclauē petierunt: in quo eo rerum gerendarum ordinem secum cōstituunt. Tum omnes in arcem pedites ascendunt: Miratus magister excipit: Quid ita insolito ritu pedites, non, ut solent equites ascendat: cur aliud, præter domum diuæ Marię delegerint hospiti



eum: Illi paucis: Esse, inquit, sibi rem cum illo agenda serio, conclauite ac  
 domū concilij ingrediat: Ibi cosederunt, suo quisque ordine. Tum senior:  
 Domine, inquit, & frater, Bernarde (Id erat magistro nomē) cōmendato-  
 res uos absoluūt ab administratione rerum & magisterio: cedite, date lo-  
 cum alteri: dñe, ac frater Iohānes, assurgite: Cōmendat uobis diua Virgo  
 locum magisterij, uestrique ordinis preceptores uos hoc loco iubent consi-  
 dere: Magistrū stupor apprehēdit, nihil tale, uel timentē, uel prēuidētem,  
 Quid faceret: Parendū fuit. Melius tñ secum, q̄ cum aliquot precessori-  
 bus suis actū reputās, quos carcer cōsumpsit: mox cedit alteri locū. Tum  
 fratruelis eius, dñs Simon Reualiensis episcop⁹, uix permissus equos edu-  
 cere, mox aliud petit mœrēs hospitij: Bernhardo autē de Borg optio dat,  
 in qua de more quietē sibi petat in arce: Ille, quā uocant arcem Marię pos-  
 tulat & accipit. Iohānes cōgnomēto Fridach, nou⁹ magister, ex illo die  
 rem omnē administrat. Iam uero Rigenses, nouū archiepiscopū suum, do-  
 minū Stephanū, multis euocationib⁹ pellectū, habuere in urbe sua: Aucti  
 perinde animis, bellū cōtinuauere: Sepe cōgressi hostibus, iam uictores,  
 iam uicti abibāt: multā in uicina loca ediderūt uastitatē. Sed archiepisco-  
 pus in ipsa urbe, temporū fluēte curriculo, paulatim negligitur: Except⁹  
 primū lautissime, inde ne panem habuit, quē esitare: Nam omnia ecclesie  
 prædia, aut igni cōsumpta, aut uasta fuere, aut hostibus paruerunt: ita, ut  
 cunctis apud pōtificem deficiētib⁹, familia eius, nōnunq̄ ad rapinā urge-  
 retur. Qua ex re cōtracta, ut cōsentaneū fuit, graui melācholia, diē suum  
 obiit. Erat tum in ecclesia prepositus, ante quidē solis ecclesie rebus innu-  
 tritus: inde coepit armis esse terribilis, aliquot arces ab ordine ui capiens,  
 alias deditione, aut hostiū circūuentione redegit in potestatē. Instāte autē  
 electionis tempore, cōuenerūt canonici, postularūtq; eligentes in archie-  
 piscopū, germanū fratrem dñi Monasteriensis comitē de Swartzēburgo:  
 miseruntq; solennes ad illū nūcios, orantes, ne ecclesiā metropolitā con-  
 temneret. Ille, dum secum deliberat, q̄ difficile esset in longinquā prouin-  
 ciam ire ad bellum, ut grauiissimū, res, & laboris, & sumptus infiniti, non  
 prompte est assensus. Interea q̄ bruma rigesceret, nec terra, nec mari iter  
 esset capitulo in urbem, q̄ hostes terrā, gelu mare tenerent: ordo, quēdam  
 ex suis affeclis, dñm Michaelē, natū Reualie, cōmendatitijs principū lites-  
 ris mittit in urbem: qui q̄ nemo ueniret, qui electionē præferret, tanq̄ de  
 uacante ecclesia prouisionē accepit. Obiēcerunt se quidā in urbe, sed sine  
 uiribus, sine neruis, ad causas in urbe agendas. Interim Rigenses ciues ar-  
 cem eius urbis, quę ordinis esset iam dudū obsedere, muros, ac turres bō-  
 bardis deformauere: sed fame, & machinis, quib⁹ sordes, & cadauera inij-  
 cerent, præualuerūt. Qui inerāt custodes, uiri fortes, q̄ diu cibis superesset  
 sese sunt tutati: Extrema fames ubi accessit, quidā perierunt, alij distentis  
 uentribus, imbecilles facti, ad mortē propinquarūt: demū pōcti uitā, qui  
 superfuere, dedunt arcē. Ciues arcē demoliūtur: ex lapidibus, lateribusq;  
 mittūt Lubicā, pro gratulatione. Quo peracto, iam per omnē terrā cōgre-  
 gati prelati, & proceres, cum cōsentiente ordine constituerūt, ut rebus in

Magr ordi-  
 nis in Lio-  
 nia absoluit

Absoluto da-  
 tur optio loci  
 p̄ habitatiōe

Archieps Ri-  
 gensis pane  
 caret.

Preposit⁹ Ri-  
 gensis armis  
 terribilis.

Michael in  
 archiep̄m p̄  
 mouetur.

Deditur arx  
 Rigensis.



presenti statu quiescentib<sup>9</sup>, expectaretur euentus de archiepiscopo: ut eo reddito, de omnibus decernat: si qua pars minus pareret cōstituto, in eam omnis sine exceptione, terra confurgeret.

## FINIT LIBER. XIII.

## INCIPIT LIBER XIII.

Ausa Rostockcensis collegij nouiter erigendi, Deo, hominibusq<sup>3</sup> gratificāda, magnis diffidētie causis intercedentibus, ccepit urbis esse odiosissima. Principib<sup>9</sup> uero noue cause in eam rem effervescedi fuerunt, ex refragatione, & obluetatione plebis sese obiectantis: Tamē si diuinus honor, & religionis amor, prima causa, ut esse debuit, fuerit rei molendę: adiuuit tñ feruorē deu-

Obstinatōre  
reluctatio iu  
uit feruorem  
deuotionis.

Sex urbes  
Wādalicę fce  
dus incunt.

Fœdus Ros  
tockcēn. dat  
animum.

Plestitur ul  
timo suppli  
cio res nau  
fragaz app  
heriores.

tionis, obstinatorē reluctatio: ut non paterētur ab improbis, rem diuinam impediri. Iam fœdera ciuitatū Wādalicę enūciata, intumescere fecerūt urbis habitatores: Cum enim multa signa essent, innouādaz per prouincias rerū, q<sup>3</sup> multi & inopinati motus undecūq<sup>3</sup> cōsurgerent: uisum est exire, inter sex urbes maritimas, quę ab ueteri solo nomē seruāt, ut Wandalicę usq<sup>3</sup> modo uocentur, fœdus sanciri in annos, & tempora: q<sup>3</sup> imprimis post diuinū ubiq<sup>3</sup> precipuū honorē, quęq<sup>3</sup> ciuitas suo principi non recusaret prestare, quę iusta sunt, ac debita. Supra id, si qua ciuitas aliunde prematur, ubi uicinę urbes eam ad parendū iuri exhibeant, idq<sup>3</sup> reiectum sit, tum se mutuo auxilio defensuras. Id tum fœdus publicatū arrexerunt Rostockcēsum: Periclitatur interim nauis de Norwagia piscib<sup>9</sup> onusta, sub littoribus Magnopolensis ditionis: Iussisse fertur princeps, eiectā per littora bona colligi, & in suā ditionē ad tempora discussi negotij perducī: detracta uestis naufragis: excisi digiti auro insignes: Adiecere fabulantes, quo rem atrociorē facerent, quod ipse non crediderim, eā fuisse seuitiam colligentibus naufraga: ut annatantes in lignis aut cistis, uiuos, quibus se alligarant, denuo detritos in mare, ut demersos potius, q̄ uiuos spoliarent. Sed cum monitus dux literis, & nūcijs, & calamitosis naufragis, sua pmitteret, distulit ex causis, quę illi q̄ ceteris fuere notiores, Tum Rostockcenses, qui ex alijs causis, extra sui principis gratiā agerent, non ignorātib<sup>9</sup>, ut ferebāt, uicinis urbib<sup>9</sup>, prefectū de Zuaen, militarē, alterius prouincię uirū, qui de littore res naufragas, sui principis iussu deuehi curauit, capiūt, & in suam urbem pertractū, cum famulo, ense publico cedunt. Idem nōnullis alijs, de prefecto in Bukow, uiro ab olim non in bonis notissimo, ferūt demādatū, ut curarēt: sed differebant, donec princeps missis ad securitatē armatis, hominē Zwerinū iussit deduci. Talibus aliam mentis excreuit diffidentia: ut causa collegij, alioqui, si equis aspiciat oculis, non grauis, exardescētibus odijs, pro grauissima duceretur. Interim fuerunt principes Magnopolenses, habito suorū militariū cōuentu maximo